**Gel.** (*enraged*) How's that? (*to Panegyris*) I have endured his incivility too long! (*to Pinacium*) If you provoke me further, I'll—

**Pin.** (*interrupting amiably*) Stay awfully empty, right you are.

**Gel.** (*wryly, torn between ire and hope*) I shall prevail upon myself to assume that you state the case correctly.

**Pin.** (*taking full charge, to Panegyris*) Everything must be tidied up. (*shouting to slaves within*) Bring some brooms here, and a long pole, too, so that I can throw out the spiders' work entirely, condemn their weaving and discard all their webs.

**Gel.** Then the poor things will freeze.

**Pin.** Huh! Think they're in your own fix, do you, with only one outfit? (*as slaves bring out implements*) Here, take that broom.

**Gel.** (*obeying*) All right.

**Pin.** (*using his own frantically*) I'll sweep here and you sweep there.

**Gel.** (*joining in*) I'm your man.

**Pin.** (*yelling at the door*) Pail and water, someone, will you?

**Gel.** (*aside, to audience*) He's serving as Sanitary Commissioner without waiting to be elected.



## TITUS MACCIUS PLAUTUS

*Pin.* Age tu ocius

<sup>1</sup> pinge humum, consperge ante aedis.

*Gel.* Faciam.

*Pin.* Factum oportuit.

ego hinc araneas de foribus deiciam et de pariete.

*Gel.* Edepol rem negotiosam.

*Pan.* Quid sit, nil etiam scio,  
nisi forte hospites venturi sunt.

*Pin.* Vos lectos sternite.

*Gel.* Principium placet de lectis.

*Pin.* Alii ligna caedite,  
alii piscis depurgate, quos piscatū rettuli,  
pernam et glandium deicite.

*Gel.* Hic hercle homo nimium sapit. 360

*Pan.* Non ecastor, ut ego opinor, satis erae morem geris.

*Pin.* Immo res omnis relictas habeo prae quod tu velis.

*Pan.* Tum tu igitur, qua causa missus es ad portum, id  
expedi.

*Pin.* Dicam. postquam me misisti ad portum cum luci  
simul,

commodum radiosus sese sol superabat ex mari.

dum percontor portitores, ecquae navis venerit

ex Asia, negant venisse, conspicatus sum interim

cercurum, quo ego me maiorem non vidisse censeo.

in portum vento secundo, velo passo pervenit.

alius alium percontamur: quoiast navis? quid  
vehit?

370

<sup>1</sup> Corrupt' (Leo): hic Leo. . . .

## STICHUS

*Pin.* (*thrusting the pail into Gelasimus' hand*) Come you, quick, paint the ground, sprinkle in front of the house.

*Gel.* Do it I will.

*Pin.* It should be already done. (*seizing the pole*) Now to knock these spiders off the door and walls!

*Gel.* (*aside to Panegyris*) This is our busy day, by Jove?

*Pan.* (*aside to Gelasimus*) I'm not at all sure even yet what it means, unless maybe (*tremulous*) guests are coming.

*Pin.* (*to slaves within*) Cover the couches, you!

*Gel.* (*aside*) Couches! Capital start!

*Pin.* Cut wood, some of you! And you—clean the fish I brought back from my fishing trip! And you—get out ham and sweetbreads!

*Gel.* (*aside, redoubling his activity*) By the Lord, this lad shows lots of sense.

*Pan.* (*to Pinacium, plaintively*) It certainly does seem to me that you give your mistress very little consideration.

*Pin.* (*chasing spiders*) The idea! When I've neglected everything else to accommodate you.

*Pan.* Well then, the matter I sent you to the harbour about—tell me, tell me!

*Pin.* Ah, yes. (*keeps busy with the spiders*) After you sent me down to the harbour at early (*swatting one*) dawn, the arradiant sun was but then (*swatting another*) surmounting the sea. While I was inquiring of the customs chaps if any ship had come from Asia, and they said (*another*) no, I caught sight of a Cyprian bark, as big a one as I ever saw, I think. Right on into harbour it came, full sail, in front of a spanking breeze. We're just asking each other whose ship it is and what it's laden with, when I set my eyes on (*swats*



## TITUS MACCIUS PLAUTUS

interibi Epignomum conspicio tuom virum et servom  
Stichum.

*Pan.* Hem quid? Epignomum elocutu's?

*Pin.* Tuom virum.

*Gel.* Et vitam meam.

*Pin.* Venit inquam.

*Pan.* Tutin ipsus ipsum vidisti?

*Pin.* Lubens.

argenti auriq̄ue advexit nimium.

*Gel.* Nimis factum bene.

berele vero capiam scopas atque hoc convorram  
lubens.

*Pin.* Lanam purpuramq̄ue multam.

*Gel.* Em qui ventrem vestiam.

*Pin.* Lectos eburatos, auratos.

*Gel.* Accubabo regie.

*Pin.* Tum Babylonica et peristroma tonsilia et tappetia  
advexit, nimium bonae rei.

*Gel.* Hercle rem gestam bene.

*Pin.* Poste, ut occepi narrare, fidicinas, tibicinas,  
sambucas advexit secum forma eximia.

380

*Gel.* Eugepae,  
quando adbibero, adludiabo: tum sum ridiculis-  
sumus.

*Pin.* Poste unguenta multigenerum multa.

*Gel.* Non vendo logos.

iam non facio auctionem, mi optigit hereditas:  
malivoli, perquisitores auctionum, perierint.

Hercules, decumam esse adauctam tibi quam vovi  
gratulor.<sup>1</sup>

<sup>1</sup> Leo brackets following v., 387:  
*spes est, tandem aliquando inportunam exigere ex utero famem.*



**THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS**  
Purchase full membership to immediately unlock this page

**FORGOTTEN BOOKS**

# **FULL MEMBERSHIP**

**797,885 Books!**  
**All you can read**  
**for only**  
**\$8.99/month**

**Continue**

\*Fair usage policy applies





## TITUS MACCIUS PLAUTUS

- Pin.* Postea autem advexit parasitos secum.
- Gel.* Ei, perii miser.
- Pin.* Ridiculiſsimos.
- Gel.* Revorram berele hoc quod converri modo.
- Pan.* Vidistin virum sororis Pamphilum?
- Pin.* Non.
- Pan.* Non adest? 390
- Pin.* Immo venisse eum simitu aiebat ille: ego huc citus  
praecucurri, ut nuntiarem nuntium exoptabilem.
- Gel.* Venales logi sunt illi, quos negabam vendere.  
ilicet, iam meo maloſt quod malevolentes gaudeant.  
Hercules, qui deus sis, sane discessisti non bene.
- Pan.* I intro, Pinacium, iube famulos rem divinam mi  
apparent.  
bene vale.
- Gel.* Vin administrem?
- Pan.* Sat servorum habeo domi.
- Gel.* Enim vero, Gelasime, opinor provenisti futille,  
si neque ille adest neque hic, qui venit, quicquam  
subvenit.  
ibo intro ad libros et discam de dictis melioribus; 400  
nam ni illos homines expello, ego occidi planissime.

## STICHUS

*Pin.* (*guilelessly*) Yes, and besides, he has brought along some parasites.

*Gel.* (*aside*) Oh damnation! That's a blow!

*Pin.* And the wittiest ones alive!

*Gel.* My God! All this sweeping I have done I'll now unsweep!

*Pan.* Did you see my sister's husband, Pamphilus?

*Pin.* No.

*Pan.* He's not arrived?

*Pin.* Yes, he came at the same time, so master said. But I rushed on ahead here to announce this gladsome news.

*Gel.* (*very low*) Those stories I refused to sell are now on sale. It is all over. That spiteful crowd now have their chance to crow at my disaster. Hercules, you have plainly botched this business for yourself—and you a god!

*Pan.* Go in, Pinacium, and tell the servants to get things ready for me for a sacrifice.

[EXIT *Pinacium*, JEERING AT *Gelasimus*.

(*to Gelasimus*) And a very good day to you, sir.

*Gel.* Don't you want me to supervise?

*Pan.* I have plenty of help at home, thanks.

[EXIT *Panegyris*.

*Gel.* Upon my soul, Gelasimus, the outcome of this looks rank for you, if one of 'em isn't here and the one who has come doesn't come to your assistance. I'll hie me home to my books and prime myself with some of the best bons mots; for unless I fight off those fellows of his, my goose is cooked and no mistake.

[EXIT.



# TITUS MACCIUS PLAUTUS

## ACTVS III

- Epig.* Quom bene re gesta salvos convortor domum  
Neptuno grates habeo et Tempestatibus ;  
simul Mercurio, qui me in mercimoniis  
iuvit lucrisque quadruplicavit rem meam.  
olim quos abiens adfeci aegrimonia,  
eos nunc laetantis faciam adventu meo.  
nam iam Antiphonem conveni adfinem meum  
cumque eo reveni ex inimicitia in gratiam.  
videte, quaeso, quid potest pecunia : 410  
quoniam bene gesta re redisse me videt  
magnasque adportavisse divitias domum,  
sine advocatis ibidem in cercuro in stega  
in amicitiam atque in gratiam convortimus.  
et is hodie apud me cenat et frater meus ;  
nam heri ambo in uno portu fuimus, sed mea  
hodie solutast navis aliquanto prius.  
age abduce hasce intro, quas mecum adduxi, Stiche.
- Stich.* Ere, si ego taceam seu loquar, scio scire te  
quam multas tecum miserias mulcaverim. 420  
nunc hunc diem unum ex illis multis miseriis  
volo me eleutheria capere advenientem domum.
- Epig.* Et ius et aequom postulas : sumas, Stiche.  
in hunc diem te nil moror ; abi quo lubet.  
cadum tibi veteris vini propino.

---

<sup>1</sup> The Eleutheria celebrated in honour of the victory at Plataea.

# STICHUS

## ACT III

ENTER *Epignomus* AND *Stichus*, FOLLOWED BY MUSIC  
GIRLS AND PORTERS.

*Epig.*

(*devoutly*) Thanks be to Neptune and the weather-goddesses for returning me safe home again, my venture a success! And thanks to Mercury as well, who helped me in my mercantile affairs and quadrupled my fortune with the profits. (*surveying his house*) Ah, those that I once grieved by my going I'll now make glad by getting back. (*chuckling*) As for father-in-law Antipho, I've fallen in with him already, and also fallen out of his disfavour into his esteem once more. Here's an illustration for you of what money means. Because he sees I've been successful and here I am at home with plenty of the wherewithal aboard, he meets me right on my vessel's pont, and without mediating parties we're reconciled and friends again. And now he's to dine with me to-day, he and my brother too. For we both lay in the same harbour yesterday, but my ship got under way a bit earlier this morning. (*going toward his door*) Come, Stichus, bring in these girls that I've brought back with me.

*Stich.*

(*ingratiatingly*) Master, whether I speak of it or not, I know you know how often I've helped you give hard times hard treatment. Now, sir, after all those hard times, I wish I could have this one day off, this day of my arrival home, for the Feast of Freedom.<sup>1</sup>

*Epig.*

(*smiling*) A fair and reasonable request. Granted, Stichus. The day is yours, I shan't bother you. Be off where you like. And I'll contribute a cask of good old wine.



# TITUS MACCIUS PLAUTUS

*Stich.*

Papae,

ducam hodie amicam.

*Epig.*

Vel decem, dum de tuo.

*Stich.*

Quid? hoc etiam unum?

*Epig.*

Quid id autem unumst? expedi.

*Stich.*

Ad cenam ibone?

*Epig.*

Si vocatu's, censeo.

*Stich.*

Sic hoc placet; rogatu necne, nil moror.

*Epig.*

Vbi cenas hodie?

*Stich.*

Sic hanc rationem institi:

430

amicam ego habeo Stephanium hinc ex proxumo,  
tui fratris ancillam: eo condixi in symbolam  
ad cenam, ad eius conservom Sangarinum Syrum.  
eademst amica ambobus, rivales sumus.

*Epig.*

Age abduce basce intro. hunc tibi dedo diem.

*Stich.*

Meam culpam habeto, nisi probe excruciavero.

iam hercle ego per hortum ad amicam transibo  
meam

mi hanc occupatum noctem; eadem symbolam  
dabo et iubebo ad Sangarinum cenam coqui.

aut egomet ibo atque opsonabo opsonium.

440

Sangarinus scio iam hic aderit cum domino suo.

servos homo qui nisi temperi ad cenam meat,

advorsitores pol cum verberibus decet

dari, uti eum verberabundi adducant domum.

parata res faciam ut sit. egomet me moror.

atque id ne vos miremini, hominis servolos

potare, amare atque ad cenam condicere:

licet haec Athenis nobis. sed quom cogito,

potius quam invidiam inveniam, est etiam hic

ostium

aliud posticum nostrarum harunc aedium:<sup>1</sup>

450

<sup>1</sup> Leo brackets following v., 450<sup>a</sup>:  
*posticam partem magis utuntur aedium.*

## STICHUS

*Stich.* Ah-h-h! Girl friend for me to-day!

*Epig.* Or ten—at your expense, though.

*Stich.* But, sir? This one thing more?

*Epig.* Well, what is the one thing? Explain.

*Stich.* Can I dine out, sir?

*Epig.* No doubt you can, if you're invited.

*Stich.* Oh, sir, this is grand! Asked or not, I don't care.

*Epig.* And where's your dinner to be?

*Stich.* This is my plan, sir. I have a sweetheart, sir, Stephanium, that lives next door here, your brother's maidservant, sir. I've got her booked for a dinner party there at her fellow slave's, Sangarinus the Syrian's, expenses shared. She's his sweetheart, too, sir; we're rivals.

*Epig.* Get busy, then, and bring these girls inside. I put this day at your disposal.

[EXIT INTO HIS HOUSE.]

*Stich.* (*calling after him*) And lay the blame on me, sir, if I don't raise hell with it in fine style. (*to himself*) Ho, hum! Now I'll go through the garden to my sweetheart and take possession for to-night. And I'll pay my share at the same time and order dinner to be cooked at Sangarinus'. Or else I'll go and provide the provisions myself. Sangarinus is sure to be here soon with his master. If a slave doesn't get to a dinner party in time, he ought to be given a cortège with whipcords, by gad, to escort him home. Well, I must see that everything's prepared. I'm delaying myself. (*to audience*) Yes, and you people needn't be surprised that we slavelings have our liquor and love affairs and dinner engagements: all that's permitted us in Athens. (*pauses*) On second thoughts, though, rather than incur ill will, this house of ours has still another door in the



## TITUS MACCIUS PLAUTUS

ea ibo opsonatum, eadem referam opsonium :  
 per hortum utroque commeatus continet.  
 ite hac secundum vos me. ego hunc lacero diem.

### III. 2.

*Gel.* Libros inspexi ; tam confido quam potis,  
 me meum optenturum regem ridiculis meis.  
 nunc interviso, iamne a portu advenerit,  
 ut eum advenientem meis dictis deleniam.

*Epig.* Hic quidem Gelasimus est parasitus, qui venit.

*Gel.* Auspicio hodie optumo exivi foras :  
 mustela murem abstulit praeter pedes ; 460  
 cum strena obscaevavit ; spectatum hoc mihi st.  
 nam ut illa vitam repperit hodie sibi,  
 item me spero facturum : augurium hac facit.  
 Epignomus hic quidem st qui astat. ibo atque  
 adloquar.

o Epignome, ut ego nunc te conspicio libens,  
 ut prae laetitia lacrimae prosiliunt mihi.  
 valuistin usque ?

*Epig.* Sustentatum st sedulo.

*Gel.* Propino tibi salutem plenis faucibus.

*Epig.* Bene atque amice dicis. di dent quae velis.

*Gel.* Cenem illi apud te, quoniam salvos advenis. 470

---

<sup>1</sup> v. 450<sup>a</sup> : They use the back part of the place more.



**THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS**  
Purchase full membership to immediately unlock this page

# Get Smart

Over 2,000 years of  
human knowledge in  
797,885 volumes

Instant access  
\$8.99/month

**Continue**

\*Fair usage policy applies



## TITUS MACCIUS PLAUTUS

*Epig.* Locatast opera nunc quidem; tam gratiast.

*Gel.* Promitte.

*Epig.* Certumst.

*Gel.* Sic face inquam.

*Epig.* Certa res.

*Gel.* Lubente me hercle facies.

*Epig.* Idem ego istuc scio.

quando usus veniet, fiet.

*Gel.* Nunc ergo usus est.

*Epig.* Non edepol possum.

*Gel.* Quid gravare? censeas.

nescio quid vero habeo in mundo.

*Epig.* I modo,

alium convivam quaerito tibi in hunc diem.

*Gel.* Quin tu promittis?

*Epig.* Non graver, si possiem.

*Gel.* Vnum quidem berele certo promitto tibi:

libens accipiam certo, si promiseris.

*Epig.* Valeas.

*Gel.* Certumnest?

*Epig.* Certum. cenabo domi.<sup>1</sup>

*Gel.* Sed — quoniam nil processit hac, ego ivero

apertiore magis via; ita plane loquar:

vin ad te ad cenam veniam?

*Epig.* Si possim, velim;

verum hic apud me cenant alieni novem.

*Gel.* Hau postulo equidem me in lecto accumbere:

scis tu me esse unisubSELLI virum.

. <sup>1</sup> Leo brackets following v., 483 :

*Gel.* Quando quidem tu ad me non vis promittere.





## TITUS MACCIUS PLAUTUS

- Epig.* At ei oratores sunt populi, summi viri; 490  
Ambracia veniunt huc legati publice.
- Gel.* Ergo oratores populi, summates viri,  
summi accubent, ego infimatis infimus.
- Epig.* Haud aequomst te inter oratores accipi.
- Gel.* Equidem hercle orator sum, sed procedit parum.
- Epig.* Cras de reliquiis nos volo. multum vale.
- Gel.* Perii berele vero plane, nihil obnoxie.  
uno Gelasimo minus est quam dudum fuit.  
certumst mustelae posthac numquam credere,  
nam incertiozem nullam novi bestiam; 500  
quaen eapse deciens in die mutat locum,  
ea ego auspicavi in re capitali mea?  
certumst amicos convocare, ut consulam  
qua lege nunc med essurare oporteat.

### ACTVS IV

- Ant.* Ita me di bene ament measque mihi<sup>1</sup> servassint  
filias,  
ut mihi volup est, Pamphilippe, quia vos in patriam  
domum  
rediisse video bene gesta re ambos, te et fratrem  
tuom.

<sup>1</sup> Leo brackets following *bene*.

## STICHUS

*Epig.* Ah, but my guests are public spokesmen, men of high place, they come here from Ambracia as their people's envoys.

*Gel.* Well then, these public spokesmen, these high placed men of yours, should be placed high at table, and lowmost me low.

*Epig.* It's incongruous for you to be received among the spokesmen.

*Gel.* Good Lord! I am one, I'm a spokesman—but I seem to speak in vain.

*Epig.* (*cryptic himself, going in*) We must have some left-overs to attend to to-morrow. A very good day to you.

[EXIT.

*Gel.* (*desperate*) Oh Lord, I'm dead, dead, beyond a doubt, without one human obligation! The world is smaller than before by one Gelasimus. I'll never trust a weasel after this, that's settled. Why, a more unsettled beast I never knew. A beast that shifts from place to place ten times a day—and I based my auspices on such a creature, I, with my life at stake? Well, one thing is settled—I'll summon my friends and consider the legal steps that I must take to starve to death.

[EXIT.

## ACT IV

ENTER *Antipho* AND *Pamphilippus*.

*Ant.* (*effusively*) Lord love me, bless me, and preserve my daughters for me, Pamphilippus, but I'm delighted to see you back in your own native land again, you and your brother, and both of you so prosperous!



## TITUS MACCIUS PLAUTUS

*Pamph.* Satis abs te accipiam, nisi videam mihi te amicum esse, Antipho;  
nunc quia te amicum mihi experior esse, credetur tibi.

*Ant.* Vocem ego te ad me ad cenam, frater tuos ni dixisset mihi,  
te apud se cenaturum esse hodie, quom me ad se ad cenam vocat.  
et magis par fuerat me vobis dare cenam advenientibus,  
quam me ad illum promittere, nisi nollem ei advorsarier.

nunc me gratiam abs te inire verbis nil desidero:  
cras apud me eritis et tu et ille cum vostris uxoribus.

*Pamph.* At apud me perendie. nam ille heri me iam vocaverat  
in hunc diem. sed satin ego tecum pacificatus sum, Antipho?

*Ant.* Quando ita rem gessistis ut vos velle amicosque addecet,  
pax commersque est vobis mecum. nam hoc tu facito ut cogites:

ut cuique homini res paratast, perinde amicis utitur:  
si res firma, item firmi amici sunt; sin res laxelabat,

itidem amici conlabascunt: res amicos invenit.  
*Epig.* Iam redeo. nimaist voluptas, ubi diu afueris domo, domum ubi redieris, si tibi nullast aegritudo animo obviam.

nam ita me absente familiarem rem uxor curavit meam,  
omnium me exilem atque inanem fecit aegritudinum.

## STICHUS

*amph.* (*with a rather frigid smile*) I should want security from you, Antipho, if you didn't seem to be a friend of mine; as it is, now that I find you friendly, I'll take your word for that delight of yours.

*ant.* I'd invite you in to dinner, except for your dining to-day with your brother, as he told me when he gave me my own invitation. It really would have been more appropriate for me to dine you lads on your arrival than to accept his hospitality—only I didn't want to oppose him. It's not merely by words that I desire to gain your good will now: (*as if conferring millions*) to-morrow you and he, and your wives, shall come to my house.

*amph.* Then to mine the day after. He took occasion yesterday, you know, to invite me for to-day. Well, Antipho, so I've actually made my peace with you, eh?

*ant.* (*primly*) Since your financial affairs have gone as it behooves you and your friends to wish, there is peace and fellowness between us three. For mind you consider this fact: on anyone's financial standing hangs his status with his friends: if he is in a sound financial state, his friends are sound; but once that state begins wavering wildly, his friends co-waver likewise. Friends are matters of finance.

ENTER *Epignomus* INTO HIS DOORWAY.

*epig.* (*to those within*) I'll soon be back. (*soliloquizing*) Ah, it's a delight, when you've long been gone and get back home, if you fall foul of nothing to upset you. Why, the way my wife has managed my household affairs, in my absence, she has left me bare and destitute of everything—upsetting. (*seeing the others*) But there's my brother



## TITUS MACCIUS PLAUTUS

sed cecum fratrem Pamphilippum. incedit cum  
socero suo.

*Pamph.* Quid agitur, Epignome?

*Epig.* Quid tu? quam dudum in portum venis?

*Pamph.* Hau longissime.

*Epig.* Postilla iam iste est tranquillus tibi?

*Ant.* Magis quam mare quo ambo estis vecti.

*Epig.* Facis ut alias res soles. 530  
bodiene exoneramus navem, frater?

*Pamph.* Clementer volo.  
nos potius oneremus nosmet vicissatim voluptatibus,  
quam mox coctast cena? inpransus ego sum.

*Epig.* Abi intro ad me et lava.

*Pamph.* Deos salutatum atque uxorem modo intro devortor  
domum;

haec si ita ut volo conficio, continuo ad te transeo.

*Epig.* Apud nos eccillam festinat cum sorore uxor tua.

*Pamph.* Optumest, iam istoc morai minus erit. iam ego  
apud te ero.

*Ant.* Prius quam abis, praesente ted huic apologum agere  
unum volo.

*Pamph.* Maxume.

*Ant.* Fuit olim, quasi ego sum, senex; ei filiae  
duae erant, quasi nunc meae sunt; eae erant  
duobus nuptae fratribus,  
quasi nunc meae sunt vobis. 540

*Epig.* Miror quo evasurust apologus.

*Ant.* Erant minori illi adulescenti fidicina et tibicina,



**THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS**  
Purchase full membership to immediately unlock this page

**FORGOTTEN BOOKS**

# **FULL MEMBERSHIP**

**797,885 Books!**  
**All you can read**  
**for only**  
**\$8.99/month**

**Continue**

\*Fair usage policy applies





## TITUS MACCIUS PLAUTUS

peregre advexerat, quasi nunc tu; sed ille erat  
caeleps senex,  
quasi ego nunc sum.

*Epig.* Perge porro. praesens hic quidem est apologus.  
*Ant.* Deinde senex ille illi dixit, cuius erat tibicina,  
quasi ego nunc tibi dico:

*Epig.* Ausculto atque animum advorto sedulo.  
*Ant.* “Ego tibi meam filiam, bene quicum cubitares,  
dedi:  
nunc mihi reddi ego aequom esse abs te quicum  
cubitem censeo.”

*Epig.* Quis istuc dicit? an ille quasi tu?  
*Ant.* Quasi ego nunc dico tibi.  
“Immo duas dabo,” inquit ille adulescens “una si  
parumst;

et si duarum paenitebit,” inquit “addentur duae.”  
*Epig.* Quis istuc quaeso? an ille quasi ego?

*Ant.* Is ipse quasi tu. tum senex  
ille quasi ego: “si vis,” inquit “quattuor sane  
dato,  
dum equidem hercle quod edint addas, meum ne  
contruncent cibum.”

*Epig.* Videlicet parcum illum fuisse senem, qui illi istace  
dixerit,

quom ille, illi qui pollicetur, eum cibum poposcerit.  
*Ant.* Videlicet non fuisse illum aequom adulescentem,  
qui ilico

ubi ille poscit denegavit dare se granum tritici.  
hercle qui aequom postulabat ille senex, quando  
quidem

filiae illac dederat dotem, accipere pro tibicina.

*Epig.* Hercle ille quidem certo adulescens docte vorsutus  
fuit,

qui seni illi concubinam dare dotatam noluit.

550

560

## STICHUS

girl that he had brought from abroad—(to *Epignomus*) the same as you have now. But that old man was wifeless—the same as I am now.

*pig.*

Proceed, proceed! (to *Pamphilippus*) This monodrama certainly comes pat!

*nt.*

Then that old man said to the brother that owned the flute-girl—the same as I'm saying now to you—

*pig.*

Absorbing! I'm all attention!

*nt.*

—"I gave you my daughter to pass your nights with pleasantly: and now I consider it a fair return for you to give me a girl to pass my nights with."

*pig.*

Who says that? The one the same as you?

*nt.*

Yes—the same as I'm now saying it to you.

"Better still," says that young man, "I'll give you two, if one is not enough. And if the two don't satisfy," says he, "you shall have two more."

*pig.*

Let's see—who says that? The one the same as I?

*nt.*

Exactly—the one the same as you. Then says the old man—the same as I: "Yes, give me four, by all means, if you like, that is, in case you pay their board to boot, by gad, so they won't lancinate my larder."

*pig.*

The idea of that old fellow being so close-fisted as to talk like that, and ask the chap who promised him the girls to furnish their food!

*nt.*

The idea of that young fellow being so unfair as to refuse as soon as he was asked, and say he'd not supply even one grain of wheat! My word! Why, that old man was making a fair request—having given his daughter a dowry, he should get one for his flute-girl.

*Epig.*

My word! Well, that young fellow certainly displayed trained acumen in declining to give that old man an endowed concubine.



## TITUS MACCIUS PLAUTUS

*Ant.* Senex quidem voluit, si posset, indipisci de cibo ;  
 quia nequit, qua lege licuit velle dixit fieri.  
 “ fiat ” ille inquit adulescens. “ facis benigne ”  
 inquit senex.  
 “ babcon rem pactam ? ” inquit. “ faciam ita ”  
 inquit “ ut fieri voles.”  
 sed ego ibo intro et gratulabor vostrum adventum  
 filiis.  
 poste ibo lautum in pyelum, ibi fovebo senectutem  
 meam.  
 post ubi laverò, otiosus vos opperiar accubans.

*Pamph.* Graphicum mortalem Antiphonem, ut apologum  
 fecit quam fabre.

*Epig.* Etiam nunc scelestus se esse ducit pro adulescentulo.  
 dabitur homini amica, noctu quae in lecto occentet  
 senem ;  
 namque edepol aliud quidem illi quid amica opus sit  
 nescio.

*Pamph.* Sed quid agit parasitus noster Gelasimus? etiam  
 valet?

*Epig.* Vidi edepol hominem haud perdudum.

*Pamph.* Quid agit?

*Epig.* Quod famelicus.

*Pamph.* Quin vocavisti hominem ad cenam?

*Epig.* Ne quid adveniens perderem.  
 atque eccum tibi lupum in sermone: praesens  
 esuriens adest.

*Pamph.* Ludificemur hominem.

*Epig.* Capti consili memorem mones.

### IV. 2.

*Gel.* Sed ita ut ocepi narrare vobis: quom hic non adfui,  
 cum amicis deliberavi iam et cum cognatis meis.



Ant. Well, the old man wanted to gain his point about the food, if he could; failing that, he said he wanted to accept on any terms allowed. "Done," says that young man. "Thank you kindly," says the old one. "Can I call it a deal?" says he. "Count on me completely," says the other. (*turning toward Epignomus' house*) But I'll go in and congratulate my daughters on your arrival. Then I'll go take a bath in a *baignoire* and melt away my years there. Then after bathing I'll be on the dinner couch awaiting you at my ease.

[EXIT *Antipho* MERRILY.]

Pamph. Picturesque worthy, Antipho! That monodrama of his was a masterpiece.

Epig. Even now, the rascalion takes himself for a young blade. I'll give him a girl—to serenade the old codger at night in bed. For good Lord, I can't conceive what other use he has for one.

Pamph. But how goes it with our parasite Gelasimus? Still in good health?

Epig. Hm! I saw the fellow no longwhile ago.

Pamph. How's he getting on?

Epig. Hungrily.

Pamph. Why didn't you invite him to dinner?

Epig. For fear of coming home to go broke. (*glancing down the street*) Look! There you are—the wolf in the fable! Here in person, ravenous.

Pamph. Let's have some fun with him.

Epig. Suggestion superfluous—had it in mind myself. (*they stand back in the doorway*)

Scene 2.

ENTER *Gelasimus*.

Gel. (*to the audience*) But to continue what I was saying—since leaving here I have deliberated with my



## TITUS MACCIUS PLAUTUS

ita mi auctores fuere, ut egomet me hodie iugularem  
fame.

sed videone ego Pamphilippum cum fratre Epig-  
nomo? atque is est.

adgrediar hominem. o sperate Pamphilippe, o spes  
mea,

o mea vita, o mea voluptas, salve. salvom gaudeo  
peregre te in patriam rediisse.

*Pamph.* Salvo salve, Gelasime.

*Gel.* Valuistin bene?

*Pamph.* Sustentatumst sedulo.

*Gel.* Edepol gaudeo.

edepol ne ego nunc mihi medimnum mille esse  
argenti velim.

*Epig.* Quid eo tibi opust?

*Gel.* Hunc berele ad cenam ut vocem, te non vocem.

*Epig.* Advorsum te fabulare.

*Gel.* Illud quidem, ambos ut vocem;  
et equidem simitu hau maligne vos invitassem  
domum

ad me, sed mihi ipsi domi mcae nihil est. atque  
hoc scitis vos.

*Epig.* Edepol te vocem lubenter, si superfiat locus.

*Gel.* Quin tum stans obstrusero aliquid strenue.

*Epig.* Immo unum hoc potest.

*Gel.* Quid?

*Epig.* Vbi convivae abierint, tum venias.

*Gel.* Vae aetati tuae.

*Epig.* Vasa lautum, non ad cenam dico.

*Gel.* Di te perduint.

quid ais, Pamphilippe?

## STICHUS

friends and relatives, and it was their recommendation that I cut my throat to-day with a whetted appetite. But is that Pamphilippus I see with his brother Epignomus? Yes, it is. I'll up to him. (*rapturous*) Oh, Pamphilippus! So longed for! Oh, hope of my soul! Oh, breath of my life! Oh, joy of my being! (*seizes his hand*) Welcome! Ah, I'm glad you're home again from overseas, and well!

**Pamph.** And a well-wisher's welcome to you, Gelasimus.

**Gel.** You've been in first rate health?

**Pamph.** Fared finely as possible.

**Gel.** Jove, I'm glad! (*to Epignomus*) Jove, how I wish I had a thousand bushels of silver now!

**Epig.** What do you need it for?

**Gel.** So that I could invite him (*indicating Pamphilippus*) to dinner, by gad, and (*malevolently*) not you.

**Epig.** (*casually*) Such remarks don't help your case.

**Gel.** (*taking the hint*) Well, that is, so that I could invite you both. Really, I'm not mean, I'd have pressed you to come to my house together, but not one thing have I in that house of mine. And you know that yourselves.

**Epig.** Dear, dear, I'd invite you gladly, if there were only a place left.

**Gel.** Ah well, even standing, I do a fair job forcing a little something down.

**Epig.** No, but here's a possibility.

**Gel.** (*eagerly*) What?

**Epig.** When the guests are gone, then you come.

**Gel.** Curse you!

**Epig.** I don't mean to eat, but to wash the dishes.

**Gel.** Oh, go to hell! (*to Pamphilippus, wistfully*) Pamphilippus, what do you say?



## TITUS MACCIUS PLAUTUS

*Pamph.* Ad cenam hercle alio promisi foras.

*Gel.* Quid, foras?

*Pamph.* Foras hercle vero.

*Gel.* Qui malum tibi lasso libet  
foris cenare?

*Pamph.* Vtrum tu censes?

*Gel.* Iuben domi cenam coqui  
atque ad illum renuntiari?

*Pamph.* Solus cenabo domi?

*Gel.* Non enim solus: me vocato.

*Pamph.* At ille ne suscenseat, 600  
mea qui causa sumptum fecit.

*Gel.* Facile excusari potest.  
mihi modo ausculta, iube cenam domi coqui.

*Epig.* Non me quidem  
faciet auctore, hodie ut illum decipiat.

*Gel.* Non tu hinc abis?  
nisi me non perspicere censes quid agas. cave sis  
tu tibi,  
nam illic homo tuam hereditatem inhiat; quasi  
esuriens lupo.

non tu scis, quam efflicentur homines noctu hic in  
via?

*Pamph.* Tanto pluris qui defendant ire advorsum iussero.

*Epig.* Non it, non it, quia tanto opere suades ne ebitat.

*Gel.* Iube  
domi mi tibi que tuaeque uxori celeriter cenam coqui.  
si hercle faxis, non opinor dices deceptum fore. 610

*Pamph.* Per hanc tibi cenam incenato, Gelasime, esse hodie  
licet.



**THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS**  
Purchase full membership to immediately unlock this page

# Get Smart

Over 2,000 years of  
human knowledge in  
797,885 volumes

Instant access  
\$8.99/month

**Continue**

\*Fair usage policy applies



## TITUS MACCIUS PLAUTUS

- Gel.* Ibisne ad cenam foras?
- Pamph.* Apud fratrem ceno in proxumo.
- Gel.* Certumnest?
- Pamph.* Certum.
- Gel.* Edepol te hodie lapide percussum velim.
- Pamph.* Non metuo: per hortum transibo, non prodibo in publicum.
- Epig.* Quid ais, Gelasime?
- Gel.* Oratores tu accipis, habeas tibi.
- Epig.* Tua pol refert.
- Gel.* Enim, si quidem mea refert, opera utere.
- Epig.* Posse edepol tibi opinor etiam uni locum condi<sup>1</sup> ubi accubes.
- Pamph.* Sane faciundum censeo.
- Gel.* O lux oppidi.
- Epig.* Si arte poteris accubare.
- Gel.* Vel inter cuneos ferreos; tantillum loculi, ubi catellus cubet, id mi satis est loci.
- Epig.* Exorabo aliquo modo. veni.
- Gel.* Hucine?
- Epig.* Immo in carcerem; nam hic quidem genium meliorem tuom non facies. eamus, tu.
- Pamph.* Deos salutabo modo, poste ad te continuo transco.
- Gel.* Quid igitur?
- Epig.* Dixi equidem, in carcerem ires.
- Gel.* Quin si iusseris, eo quoque ibo.

<sup>1</sup> Leo notes lacuna here: *propemodum* Schoell.

## STICHUS

- Gel.** You are going out to supper?
- Pamph.** Yes, with my brother next door.
- Gel.** That's settled?
- Pamph.** Settled.
- Gel.** By Jove, I only hope you get staved in with a stone this day!
- Pamph.** No fear, I'll cross over through the garden, and not appear in public.
- Epig.** (*encouragingly*) But I say, Gelasimus!
- Gel.** (*sour*) You have spokesmen guests—(*with a wave toward Pamphilippus*) keep 'em.
- Epig.** Ah, but this concerns you.
- Gel.** (*hopeful again*) Oh well, if it dōes concern me, accept my services.
- Epig.** The fact is, I believe room can still be made for one man like yourself to lie in.
- Pamph.** Yes, yes, I suppose it should be done.
- Gel.** Oh, you beacon of the commonwealth!
- Epig.** If you can lie compactly.
- Gel.** Between iron wedges, even! Just a wee wee bit of room, big enough to bed a puppy in—that's room enough for me.
- Epig.** I'll talk 'em into it somehow. Come along. (*leads Gelasimus down the street*)
- Gel.** (*as they pass Epignomus' door*) In here?
- Epig.** Oh no, to gaol. (*leaving him*) For you really won't increase your personal comfort in here. (*to Pamphilippus*) Come, let's go.
- Pamph.** (*entering his own house*) I'll just pay homage to the gods; then I'll come across at once and join you.
- [EXIT.
- Gel.** (*pleadingly*) What now?
- Epig.** Good Lord, I told you—go on to gaol.
- Gel.** (*humbly*) Well, if you say the word, I'll go there, too.



## TITUS MACCIUS PLAUTUS

*Epig.* Di immortales, hic quidem pol summam in crucem  
cena aut prandio perduci potest.

*Gel.* Ita ingenium meumst:  
quicumvis depugno multo facilius quam cum fame.

*Epig.* Dum parasitus mi atque fratri fuisti, rem con-  
fregimus.

*Gel.* Non nego ista apud te.

*Epig.* Satis spectatast mihi iam tua felicitas;  
nunc ego nolo ex Gelasimo mihi fieri te Catagelasi-  
mum.

630

*Gel.* Iamne abiisti? Gelasime, vide quid es capturus  
consili.

egone? tune. mihine? tibine. viden ut an-  
nonast gravis?

viden, benignitates hominum ut periere et prothy-  
miae?

viden ridiculos nihili fieri, atque ipsos parasitarier?  
numquam edepol me vivom quisquam in crastinum  
inspiciet diem;

nam mihi iam intus potione iunceae onerabo gulam,  
neque ego hoc committam, ut me esse homines  
mortuom dicant fame.

640

## ACTVS V

*Stich.* More hoc fit, atque stulte mea sententia:  
si quem hominem expectant, eum solent provisere;  
qui hercle illa causa ocius nihilo venit.

## STICHUS

*Epig.* Ye immortal gods! What a man! I do believe a dinner or lunch would induce him to take the highest place at a hanging.

*Gel.* This is how I'm constituted: there's nothing I find it nearly so damned hard to fight as hunger.

*Epig.* (*heartless*) When you were our parasite, my brother and I both went bankrupt.

*Gel.* (*penitent*) I don't deny it, sir.

*Epig.* I have already tested amply the sort of luck you bring. Now I want no Jollyassimus making a Sillyassimus out of me.

[EXIT INTO HIS HOUSE.

*Gel.* Gone already? (*in wry despair*)- Gelasimus, my friend, see what counsel you should take. I? You. For myself? For yourself. See you the heavy cost of food? See you how men's philanthropies and bonhomie have perished from the earth? See you how wits are held at naught and patrons themselves turn parasitical? Never, I vow, shall anyone behold me living on the morrow. For now within I'll load my gullet with a draught of hemp, and give no rise to allegations that I died of hunger.

[EXIT, HIS HEROISM DAMPED BY THE ODOURS  
FROM *Epignomus*' KITCHEN.

## . ACT V

ENTER *Stichus* VERY SLIGHTLY UNSTEADY. HE LOOKS DOWN THE STREET, THEN MANAGES TO PUT A TABLE AND BENCH IN FRONT OF *Pamphilippus*' HOUSE.

*Stich.* (*looking down the street again*) It's all silly and . . . stupid, in my opinion, this habit folks have of being on the look-out for somebody they're waiting for. Lord! He doesn't come a bit quicker for that.



## TITUS MACCIUS PLAUTUS

idem ego nunc facio, qui proviso Sagarinum,  
qui nihilo citius veniet tamen hac gratia.  
iam berele ego decumbam solus, si ille huc non venit.  
cadum modo hinc a me huc cum vino transferam,  
postidea accumbam. quasi nix tabescit dies.

V. 2.

*Sang.* Salvete, Athenae, quae nutrices Graeciae,  
sperata erilis patria, te video libens. 650  
sed amica mea et conserva quid agat Stephanium  
curaest, ut valeat. nam Sticho mandaveram,  
salutem ut nuntiaret atque ei ut diceret  
me hodie venturum, ut cenam coqueret temperi.  
sed Stichus est hic quidem.

*Stich.* Fecisti, ere, facetias,  
quom hoc donavisti dono tuom servom Stichum.  
pro di immortales, quot ego voluptates fero,  
quot risiones, quot iocos, quot savia,  
saltationes, blanditias, prothymias.

*Sang.* Stiche.

*Stich.* Hem.

*Sang.* Quid fit?

*Stich.* Euge Sangarine lepidissime. 660

fero convivam Dionysum mihi que et tibi.  
namque edepol cena cocta est, locus liber datust

## STICHUS

The very thing I'm doing now, on the look-out for Sagarinus, but he won't come a bit faster on that account. (*surveying his arrangements*) By Jupiter, I'll soon be . . . planting myself at table alone, if he doesn't come. That cask of wine—I'll just bring it over here from our house, and then I'll take my place. The day's oozing away like snow.

[EXIT.]

Scene 2.

ENTER *Sagarinus* JAUNTILY.

*Sag.* Greetings, Athens, thou nurse of Greece! Longed-for land of my master, gladly do I view thee. (*eyeing Pamphilippus' house amorously*) But Stephanium's on my mind, what my sweetheart and slave-mate's doing, how she's feeling. Why, I commissioned Stichus to greet her for me and tell her I was arriving to-day, so that she would have dinner cooked in season. (*as Epignomus' door opens*) Ah, but here is Stichus, I see.

ENTER *Stichus* CARRYING A CASK AND JUG.

*Stich.* (*to himself*) You did a . . . jolly neat job, master, presenting your servant Stichus with this present. Ye immortal gods! The joys I bring, the . . . laughing, the jokes, the loving kisses, and dancing and bliss and bonhomie! (*drinks*)

*Sag.* (*calling*) Stichus!

*Stich.* (*startled*) Ha!

*Sag.* How goes it?

*Stich.* (*seeing him*) Grand, Sagarinus, you . . . nicest man alive! I'm bringing you and me a guest . . . Bacchus. Yes, damme, and dinner's all cooked, and you and I've been given the run of your



## TITUS MACCIUS PLAUTUS

mihi et tibi apud vos—nam apud nos est con-  
vivium,

ibi voster cenat cum uxore adeo et Antipho,  
ibidem erus est noster—hoc mihi dono datumst.

*Sang.* Quis somniavit aurum?

*Stich.* Quid id ad te attinet?

proin tu lavare propera.

*Sang.* Lautus sum.

*Stich.* Optime.<sup>1</sup>

volo eluamus hodie, peregrina omnia  
relinque, Athenas nunc colamus. sequere me.

*Sang.* Sequor, et domum redeunti principium placet.

bona scaeva strenaque obviam accessit mihi.

670

V. 3.

*Steph.* Mirum videri nemini vestrum volo, spectatores,  
quid ego hinc, quae illic habito, exeam: faciam vos  
certiores.

domo dudum huc accessita sum, nam quoniam  
nuntiatum est

istarum venturos viros, ibi festinamus omnes;  
lectis sternendis studuimus munditiisque apparan-  
dis.

inter illud tamen negotium meis curavi amicis,  
Sticho et conservo Sagarino meo, cena cocta ut  
esset.

680

<sup>1</sup> Leo brackets following v., 668:  
*sequere ergo hac me intro.*

*Sang.*  
*Stich.*

*Ego vero sequor.*



**THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS**  
Purchase full membership to immediately unlock this page

**FORGOTTEN BOOKS**

# **FULL MEMBERSHIP**

**797,885 Books!**  
**All you can read**  
**for only**  
**\$8.99/month**

**Continue**

\*Fair usage policy applies





## TITUS MACCIUS PLAUTUS

Stichus obsonatust, ceterum ego operam do : is adlegavit.

nunc ibo hinc et amicos meos curabo hic advenientes.

V. 4.

*Sang.* Agite ite foras : ferte pompam. cado te praeficio,  
Stiche.

omnibus modis temptare certumst nostrum hodie convivium.

ita me di ament, lepide accipimur quom hoc recipimur in loco.

quisquis praetereat, commissatum volo vocari.

*Stich.*

Convenit,

dum quidem berele quisque veniat, veniat cum vino suo.

nam hinc quidem hodie polluctura praeter nos dabitur nemini.<sup>1</sup>

nosmet inter nos ministremus monotropi.

*Sang.*

Hoc conviviumst

pro opibus nostris satis commodule nucibus, fabulis, ficulis,

olea in tryblio,<sup>2</sup> lupillo, comminuto crustulo.

*Stich.*

Sat est : servo homini modeste melius facere sumptum quam ampliter.

suom quemque decet : quibus divitiae domi sunt, scaphiis cantharis

batiocis bibunt, at nos nostro Samiolo poterio : .

tamen bibimus nos, tamen efficimus pro opibus nostra moenia.

<sup>1</sup> Corrupt (Leo) : *datur nemini* Lindsay.

<sup>2</sup> *olea in tryblio* Turnebus : *oleae interiplio* corrupt (Leo).

## STICHUS

marketing, and I'm managing the rest: he assigned jobs. Now I'll leave here and go attend to my darling home-comers.

[EXIT INTO *Pamphilippus*' HOUSE.]

Scene 4. ENTER *Sangarinus* AND *Stichus*, LADEN WITH EDIBLES, *Sangarinus* ALSO NOW A BIT ELEVATED.

*Sang.* (as if to a staff of servants) Come on, lads, out with you! Bring along the . . . supply train. *Stichus*, I appoint you Director of the Cask. I've made up my mind to put this banquet of ours to-day through all sorts of paces. (setting the table most punctiliously) Lord love me, but ain't we being treated nicely, being entertained here! I want everyone that goes by called over to help us . . . celebrate.

*Stich.* I agree, yes sir, I . . . agree, so long as all comers come with their own wine. For I'm telling you, not a soul besides us gets a . . . delicatoothful of this (tapping the cask) to-day. Now let's just serve ourselves *tout seuls*. (begins by serving another drink)

*Sang.* (appraising the viands happily) Smart enough little banquet, I call it, considering our . . . means. Nuts, little beans, little figlets, olives *dans écuelle*, lillupines, pieces of . . . pastry!

*Stich.* (virtuously) Enough is right. A slave had better be a careful spender, not . . . overdo it. Each according to his purse. (fondling the cask) People with piles of money can drink out of . . . embossed beakers and tankards and fancygoblets, while we drink out of our . . . Lilsamian jug. But we drink just the same, we perform our . . . functions, just the same, as our means allow. (they perform their functions again)



## TITUS MACCIUS PLAUTUS

*Sang.* Age dice uter utrubi accumbamus.

*Stich.* Abi tu sane uerior.  
atque adeo, ut tu scire possis, pacto ego hoc tecum  
divido:

vide, utram tibi libet etiam nunc capere, cape  
provinciam.

*Sang.* Quid istuc est provinciae?

*Stich.* Vtrum Fontine an Libero  
imperium te inhibere mavis?

*Sang.* Nimio liquido Libero. 700

sed amica mea et tua dum cenat dumque se exornat,  
nos volo  
tamen ludere inter nos. strategum te facio huic  
convivio.

*Stich.* Nimium lepide in mentem venit: potius quam in  
subsello  
cynice hic accipimur quam in lectis.

*Sang.* Immo enim nimio hic dulcius.  
sed interim, stratege noster, cur hic cessat can-  
tharus?  
vide, quot cyathos bibimus.

*Stich.* Tot quot digiti tibi sunt in manu.  
canticum Graecum: ἢ πέντ' ἢ τρία πῖν' ἢ μὴ τέτταρα.

*Sang.* Tibi propino. decumam a fonte tibi tute inde, si  
sapis.

## STICHUS

ang.  
Stich.

Get at it! You say who's to lie where.

Go along, of course you take the top. And more than that, so you'll know, this is how I'll share with you. (*points to the table*) Look! You just take whichever . . . province you like to take now.

ang.  
Stich.

What d'ye mean . . . province?

(*with a wave toward the water and wine at opposite ends of the table*) Which do you prefer to exercise . . . authority over, Fons or Bacchus?

ang.

(*planting himself at the wine end*) Bacchus—clear choice! (*they fall upon the food heroically*) But while our . . . sweetie, yours and mine, is dining and dressing up, let you and me have some fun together, just the same. I elect you . . . Commandant of this banquet.

Stich.

(*stretching*) Something awfully clever just occurred to me: our treatment here is (*snickering*) . . . Cynic-doggish—we're . . . benched, not couched.

ang.

(*contentedly*) No, no! This is lots pleasanter. But meanwhile, *mon* . . . Commandant, why's this tankard so slow? (*prepares to remedy the matter*) Say how many cups we have to a drink.

Stich.

As many as the fingers on your hand. You know that . . . foreign ditty:

*Bois-en cinq ou . . . trois,  
Jamais quat' n'en bois.*

ang.

(*pouring and drinking*) Here's to your health! (*pouring again and passing it to Stichus*) Fill in a tenth from . . . old Fons there for yourself, if you know what's what. (*Stichus drinks to him; Sangarinus pours himself another; chants*)



## TITUS MACCIUS PLAUTUS

bene vos, bene nos, bene te, bene me, bene nostram  
etiam Stephanium.<sup>1</sup>

*Stich.* Lepide hoc actum est. tibi propino cantharum.  
vinum tu habes. 710

*Sang.* Nimis vellem aliquid pulpamenti.

*Stich.* Si horum, quae adsunt, paenitet,  
nihil est. tene aquam.

*Sang.* Melius dicis; nil moror cuppedia.  
bibe, tibicen. age si quid agis, bibendum berele  
hoc est, ne nega.

quid hic fastidis quod faciundum vides esse tibi?  
quin bibis? <sup>2</sup>

accipe inquam. non hoc tuo fit sumptu: inpendet  
publicum.

haud tuom istuc est te vereri. eripe ex ore tibias.

*Stich.* Vbi illic biberit, vel servato meum modum vel tu  
dato.<sup>3</sup>

nolo ego nos prosum hoc ebibere.<sup>4</sup> nulli rei  
erimus postea;

namque edepol quam vis desubito vel cadus verti  
potest.

<sup>1</sup> Leo brackets following vv., 710–711:

*Stich.* *Bibe si bibis.*

*Sang.*

*Non mora erit apud me.*

*Stich.*

*Edepol convivì sat est,*

*modo nostra huc amica accedat: id abest, aliud nil abest.*

<sup>2</sup> Leo brackets following *age si quid agis.*

<sup>3</sup> *dato Ital.:* *dabo corrupt* (Leo).

<sup>4</sup> *prosum hoc ebibere* Mueller: *prosumo bibere corrupt*  
(Leo).

## STICHUS

Luck to thee and luck to me,  
Luck to us and luck to you, (*with a wave  
toward the audience*) .

And luck to our little Stephanium, too! <sup>1</sup>

**Stich.** (*after taking his turn*) Ah, this is a . . . grand success! Here's your tankard. You have the wine. (*the banquet proceeds*)

**Sang.** (*eating with less gusto*) How I . . . do wish we had a bit of tenderloin. (*pours*)

**Stich.** (*offended*) If you aren't . . . satisfied with what's here, it's just too bad. Take some water.

**Sang.** (*accepts and drinks*) Right you are. I've got no use for . . . dainties. (*pours again and jovially conveys it to stage musician*) Piper, have a drink. (*the piper shakes his head*) Down it, if you're . . . going to down it! By the Lord, you've got to drink it, no . . . saying no. Why so squeamish about doing what you . . . see you've got to do? Why don't you drink? Take it, I tell you. You don't pay: it's the . . . government. It's not your way to be backward. Pull those pipes out of your face.

**Stich.** (*gravely observing Sangarinus' ebullience*) When he's had his drink, you . . . stick to my pace or set it yourself. I don't want us to go straight ahead drinking this all up. We won't be good for . . . anything later on. Why, good Lord, it takes no time at all for even a cask to get . . . bottom up.

<sup>1</sup> Vv. 710-711 .

**Stich.** If you're drinking, drink.

**Sang.** I won't be behindhand.

**Stich.** By Jove, this party's complete, only let our sweetie show up. That's all that's . . . lacking, nothing else is lacking.



## TITUS MACCIUS PLAUTUS

*Sang.* Quid igitur? quamquam gravatus fuisti, non nocuit  
tamen.

720

age, tibicen, quando bibisti, refer ad labeas tibias,  
suffla celeriter tibi buccas quasi proserpens bestia.  
agedum, Stiche, uter demutassit, poculo multa-  
bitur.

*Stich.* Bonum ius dicis. impetrare oportet qui aequom  
postulat.

*Sang.* Age ergo observa. si pecassis, multam hic retinebo  
ilico.

*Stich.* Optimum atque aequissimum oras. em tibi hoc  
primum omnium ::

haec facetiast, amare inter se rivalis duos,  
uno cantharo potare, unum scortum ducere.

hoc memorabilest: ego tu sum, tu es ego, unianimi  
sumus,

unam amicam amamus ambo, mecum ubi est, tecum  
est tamen;

730

tecum ubi autem est, mecum ibi autemst: neuter  
neutri invidet.

*Sang.* Ohe, iam satis, nolo obtaedescat; alium ludum  
nunc volo.

*Stich.* Vin amicam huc evocemus? ea saltabit.

*Sang.* Censeo.



**THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS**  
Purchase full membership to immediately unlock this page

# Get Smart

Over 2,000 years of  
human knowledge in  
797,885 volumes

Instant access  
\$8.99/month

**Continue**

\*Fair usage policy applies



## TITUS MACCIUS PLAUTUS

*Stich.* Mea suavis, amabilis, amoena Stephanium, ad  
amores tuos  
foras egredere, satis mihi pulchra es.

*Sang.* At enim pulcherrima.

*Stich.* Fac nos hilares hilariores opera atque adventu tuo.

*Sang.* Peregre advenientes te expetimus, Stephaniscidium,  
mel meum,  
si amabilitas tibi nostra placet, si tibi ambo accepti  
sumus.

V. 5.

*Steph.* Morem vobis geram, mcae deliciae. nam ita me  
Venus amoena amet,  
ut ego huc iam dudum simitu exissem vobiscum  
foras, 740  
nisi me vobis exornarem. nam ita est ingenium  
muliebre:  
bene cum lauta est, tersa ornata ficta est, infecta est  
tamen;  
nimioque sibi mulier meretrix repperit odium ocius  
sua inmunditia, quam in perpetuom ut placeat mun-  
ditia sua.

*Stich.* Nimium lepide fabulata est.

*Sang.* Veneris mera est oratio,

*Stich.* Sangarine.

*Sang.* Quid est?

*Stich.* Totus doleo.

*Sang.* Totus? tanto miserior.

## STICHUS

**Stich.** (*shouting, as they help each other toward the door*) My own dear, sweet, adorable . . . delectable Stephanium, come on out to your . . . darlings! You're beautiful enough for me.

**Sang.** (*going closer*) He means beautiful . . . beyond compare.

**Stich.** (*closer still*) Make us frisky boys still . . . friskier by coming out and taking part.

**Sang.** (*sticking his head inside*) Here we are back from . . . abroad and pining for you, Stephanettikins, my honey dear, if you like our . . . winsome little ways and we're both welcome.

Scene 5.     **ENTER Stephanium, PUTTING THE LAST TOUCHES ON HER TOILET.**

**Steph.** (*as they escort her, amorously, to the table*) I'll do anything for you, you precious things. Why, so may lovely Venus love me, I'd have come out here long ago just when you did, except for wanting to look my nicest for you. This is the way a woman is, you know—after all her bathing and polishing and bedecking and beautifying, she still feels like a failure. It's a great deal easier for a girl with lovers to lose them by being dowdy than to hold them forever by being dainty.

**Stich.** Ah, it's wonderful the way she . . . puts things.  
(*sits down still fondling her*)

**Sang.** (*doing likewise*) Her words come . . . straight from Venus—

**Stich.** (*wriggling ecstatically*) Sangarinus!

**Sang.** What is it?

**Stich.** (*ogling her*) I just ache all over.

**Sang.** All over? That's just too bad.



## TITUS MACCIUS PLAUTUS

*Steph.* Vtrubi accumbo?

*Sang.* Vtrubis tu vis?

*Steph.* Cum ambobus volo, nam ambos amo.

*Stich.* Vapulat peculium, actum est.

*Sang.* Fugit hoc libertas caput.

*Steph.* Date mihi locum, ubi accumbam, amabo, siquidem  
placco.

*Stich.* Tun mihi?

*Steph.* Cupio cum utroque.

*Stich.* Ei mihi, bene ego dispereo. quid ais?

*Sang.* Quid est? 750

*Stich.* Ita me di ament, numquam enim fiet hodie, haec  
quin saltet tamen.

age, mulsa mea suavitudo, salta: saltabo ego simul.

*Sang.* Numquam edepol med istoc vinces, quin ego  
ibidem pruriam.

*Steph.* Siquidem mihi saltandum est, tum vos date bibat  
tibicini.

*Stich.* Et quidem nobis.

*Sang.* Tene, tibicen, primum; postidea loci  
si hoc eduxeris, proinde ut consuetu's antehac,  
celeriter  
lepidam et suavem cantionem aliquam occupito  
cinaedicam,  
ubi perpruriscamus usque ex unguiculis. inde huc  
aquam.



**THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS**  
Purchase full membership to immediately unlock this page

**FORGOTTEN BOOKS**

# **FULL MEMBERSHIP**

**797,885 Books!**  
**All you can read**  
**for only**  
**\$8.99/month**

**Continue**

\*Fair usage policy applies





## TITUS MACCIUS PLAUTUS

V. 6.

tene tu hoc, educe. dudum placuit potio:  
nunc minus gravate iam accipit. tene tu.  
interim,

760

meus oculus, da mihi savium, dum illo bibit.

*Stich.*

Prostibilest tandem? stantem stanti savium  
dare amicum amicae? euge euge, sic furi  
datur.

*Sang.*

Age, iam infla huecas, nunciam aliquid suaviter.  
redde cantionem veteri pro vino novam.

V. 7.

qui Ionicus aut cinaedicust, qui hoc tale facere  
possiet?

*Stich.*

Si istoc me vorsu viceris, alio me provocato.

*Sang.*

Fac tu hoc modo.

*Stich.*

At tu hoc modo.

*Sang.*

Babae.

*Stich.*

Tatae.

*Sang.*

Papae.

*Stich.*

Pax.

## STICHUS

### Scene 6.

Here you! (*carrying it to the piper*) Take this!  
Down with it! (*the piper reaches for it eagerly*)  
He liked his last nip. This time he doesn't . . .  
boggle so at having one. Here, take it. (*returns to*  
*Stephanium*) Now then, light of my . . . life, give  
me a nice long . . . kiss while he's drinking.  
(*tries to get it*)

*Stich.* (*intervening*) Hey, you! Think she's an . . . alley  
strumpet? The idea of a man giving his girl a  
. . . nice long kiss, and both . . . standing up!  
(*upsets them on the bench together*) Hurray! Hurray!  
Serves a thief right! (*hilarious riot ensues*)

*Sang.* (*all aquiver, to the piper*) Come on now, puff out your  
. . . cheeks, and give us something . . . luscious  
now! Let's have a new . . . tune for old wine.  
(*the piper is inspired; Sangarinus and Stephanium*  
*dance, Sangarinus finally bursting into a solo of capers*  
*and undulations, the others applauding wildly*)

### Scene 7.

Who's the Ionian . . . artiste or . . . bawdy  
dancer could do this sort of . . . thing? (*ends with*  
*an amazing specialty; Stichus leaps into action,*  
*competes well till he falls*)

*Stich.* (*getting up, feverish*) If you beat me that round,  
dare me to . . . another!

*Sang.* (*rampant*) Then do . . . this one! (*excels himself,*  
*the music still more orgiastic*)

*Stich.* (*frenzied*) Well, you . . . do this one!

*Sang.* (*as his rival clearly breaks all records*) Whoopsie!

*Stich.* Doopsie!

*Sang.* Boopsie!

*Stich.* Pouf!



## TITUS MACCIUS PLAUTUS

*Sang.* Nunc pariter ambo. omnis voco cinaedos contra. ✱  
satis esse nobis non magis potis quam fungo imber. **770**

*Stich.* Intro hinc abeamus nunciam: saltatum satis pro  
vinost.  
vos, spectatores, plaudite atque ite ad vos comis-  
satum.



**THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS**  
Purchase full membership to immediately unlock this page

# Get Smart

Over 2,000 years of  
human knowledge in  
797,885 volumes

Instant access  
\$8.99/month

**Continue**

\*Fair usage policy applies





**TRINVMVS**  
**OR**  
**THREE BOB DAY**



## ARGVMENTVM

Thensaurum abstrusum abiens peregre Charmides,  
Remque omnem amico Callicli mandat suo.  
Istoc absente male rem perdit filius;  
Nam et aedis vendit: has mercatur Callicles.  
Virgo indotata soror istius poscitur;  
Minus quo cum invidia ei det dotem Callicles,  
Mandat qui dicat aurum ferre se a patre.  
Vt venit ad aedis, hunc deludit Charmides  
Senex, ut rediit; quoius nubunt liberi.

## PERSONAE

LUXVRIA CUM INOPIA PROLOGUS  
MEGARONIDES SENEX  
CALLICLES SENEX  
LYSITELES ADULESCENS  
PHILTO SENEX  
LESBONICVS ADULESCENS  
STASIMVS SERVUS  
CHARMIDES SENEX  
SYCOPHANTA



**THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS**  
Purchase full membership to immediately unlock this page

**FORGOTTEN BOOKS**

# **FULL MEMBERSHIP**

**797,885 Books!**  
**All you can read**  
**for only**  
**\$8.99/month**

**Continue**

\*Fair usage policy applies





# TITUS MACCIUS PLAUTUS

## PROLOGVS

### LVXVRIA CUM INOPIA

*Lux.* Sequere, hac me, gnata, ut munus fungaris tuom.

*Inop.* Sequor, sed finem fore quem dicam nescio.

*Lux.* Adest. em illac sunt aedes, i intro nunciam.

nunc, ne quis erret vostrum, paucis in viam  
deducam, si quidem operam dare promittitis.

nunc igitur primum quae ego sim et quae illaec siet,  
huc quae abiit intro, dicam, si animum advortitis.

primum mihi Plautus nomen Luxuriae indidit ;  
tum hanc mihi gnatam esse voluit Inopiam.

sed ea huc quid introierit impulsu meo

accipite et date vacivas aures dum eloquor.

adulescens quidam est, qui in hisce habitat aedibus ;  
is rem paternam me adiutrice perdidit.

quoniam ei, qui me aleret, nil video esse relicui,

## THREE BOB DAY

*Scene:—Athens. A street in which are the houses of Charmides and Megaronides, Philto's house is near. Between the houses is a lane from which one may enter a little annex back of Charmides' house: since selling his father's house to Callicles, Lesbonicus has lived in this annex, Callicles in the house itself.*

### PROLOGUE

ENTER *Luxury*, RICHLY DRESSED. BEHIND HER  
COMES *Want*, IN RAGS.

*Luxury* Follow me, this way, daughter mine, to perform your functions.

*Want* Follow I do, ignorant though I am of our destination.

*Luxury* (*halts, points to the residence of Lesbonicus*) It is reached. Look! That is the house. In with you, straightway.

[EXIT *Want*.

(*to the audience*) Now, that none of you may go astray, I shall put you on the right road with a few directions—(*waits for their noise to subside*) provided you agree to listen. Now then, who I am, and who she is, that went within here, this I shall first inform you (*waits again*) if you will accord me your attention. First, myself; Plautus has named me *Luxury*; as for her, 'twas his wish that she be my daughter, *Want*. But why she entered here at my insistence, this you must learn. so give vacant ear to what I tell you.

A certain youth there is who dwells in this abode. He, with me to help him, has squandered his father's substance. Seeing that naught is left him with



## TITUS MACCIUS PLAUTUS

dedi ei meam gnatam, quicum aetatem exigat.  
sed de argumento ne exspectetis fabulae:  
senes qui huc venient, ei rem vobis aperient.  
huic Gracce nomen est Thensauro fabulae:  
Philemo scripsit, Plautus vertit barbare,  
nomen Trinummo fecit, nunc hoc vos rogat  
ut liceat possidere hanc nomen fabulam.  
tantum est. valete, adeste cum silentio.

20

### ACTVS I

*Meg.* Amicum castigare ob meritam noxiam  
immoene est facinus, verum in aetate utile  
et conducibile. nam ego amicum hodie meum  
concastigabo pro commerita noxia,  
invitus, ni id me invitet ut faciam fides.  
nam hic nimium morbus mores invasit bonos;  
ita plerique omnes iam sunt intermortui.  
sed dum illi aegrotant, interim mores mali  
quasi herba inrigua succrevere uberrime:  
eorum licet iam metere messem maxumam,  
neque quicquam hic nunc est vile nisi mores mali.  
nimioque hic pluris pauciorum gratiam  
faciunt pars hominum quam id quod prosint pluribus.  
ita vincunt illud conducibile gratiae,  
quae in rebus multis opstant odiosaeque sunt  
remoramque faciunt rei privatae et publicae.

30



**THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS**  
Purchase full membership to immediately unlock this page

# Get Smart

Over 2,000 years of  
human knowledge in  
797,885 volumes

Instant access  
\$8.99/month

**Continue**

\*Fair usage policy applies



## TITUS MACCIUS PLAUTUS

I. 2.

*Call.* Larem corona nostrum decorari volo.  
uxor, venerare ut nobis haec habitatio  
bona fausta felix fortunataque evenat—  
teque ut quam primum possim videam emortuam.

40

*Meg.* Hic ille est, senecta aetate qui factus puer,  
qui admisit in se culpam castigabilem.  
adgrediar hominem.

*Call.* Quonia hic vox prope me sonat?

*Meg.* Tui benevolentis, si ita es ut ego te volo,  
sin aliter es, inimici atque irati tibi.

*Call.* O amice, salve, atque aequalis. ut vales,  
Megaronides?

*Meg.* Et tu edepol salve, Callicles.

*Call.* Valen? valuistin?

*Meg.* Valco, et valui rectius.

50

*Call.* Quid tua agit uxor? ut valet?

*Meg.* Plus quam ego volo.

*Call.* Bene hercle est illam tibi valere et vivere.

*Meg.* Credo hercle te gaudere, si quid mihi mali est.

*Call.* Omnibus amicis quod mihi est cupio esse idem.

*Meg.* Eho tu, tua uxor quid agit?

*Call.* Immortalis est,  
vivit victuraque est.

*Meg.* Bene berele nuntias,  
deosque oro ut vitae tuae superstes suppetat.

## THREE BOB DAY

Scene 2.                    ENTER *Callicles* INTO HIS DOORWAY.

*Call.*     (*to his wife within*) Our Household God must be honoured with a chaplet. Beseech him to bless this dwelling and make it propitious, pleasant and prosperous for us, my dear—(*aside, as he closes the door*) also to speed the day when I see you dead and buried.

*Meg.*     (*observing him*) Ah, there's the man that's turned juvenile in his old age and been such a castigatable young scamp. (*approaching*) I'll at him.

*Call.*     (*not seeing him at first*) Whose voice is that I hear near by?

*Meg.*     A well-wisher's, if you're the sort I wish you to be; but if you're otherwise, an enemy's, and an angry one.

*Call.*     (*genially, thinking he jokes*) Oho! Good morning, my dear old compeer! How are you feeling, Megaronides?

*Meg.*     (*stiffly*) And good morning to you, Callicles, Lord, yes!

*Call.*     (*noticing his manner*) Feeling well? Been well, have you?

*Meg.*     I feel well, and have been well enough.

*Call.*     How's your wife? Is she well?

*Meg.*     (*dryly*) Better than I like.

*Call.*     (*smiling*) By Jove, it's grand for you, having her alive and feeling fit.

*Meg.*     (*forgetting his ire*) And by Jove, I do believe you take pleasure in my misfortunes.

*Call.*     I long for all my friends to have what I have.

*Meg.*     Ha, you rascal! And how's your own wife?

*Call.*     Immortal. Alive, and always will be.

*Meg.*     By Jove, that is grand news! I pray Heaven for her success in being your survivor.



## TITUS MACCIUS PLAUTUS

*Call.* Dum quidem hercle tecum nupta sit, sane velim.

*Meg.* Vin commutemus, tuam ego ducam et tu meam?  
faxo haud tantillum dederis verborum mihi. 60

*Call.* Namque enim tu, credo, me imprudentem obrepseris.

*Meg.* Ne tu berele faxo haud nescias quam rem egeris.

*Call.* Habeas ut nanctu's: nota mala res optumast.  
nam ego nunc si ignotam capiam, quid agam  
nesciam.

*Meg.* Edepol proinde ut diu vivitur, bene vivitur.  
sed hoc animum advorte atque aufer ridicularia;  
nam ego dedita opera huc ad te advenio.

*Call.* Quid venis?

*Meg.* Malis te ut verbis multis multum obiurigem.

*Call.* Men?

*Meg.* Numquis est hic alius praeter me atque te?

*Call.* Nemost.

*Meg.* 70  
Quid tu igitur rogitas, tene obiurigem?

nisi tu me mihimet censes dicturum male.

nam si in te aegrotant artes antiquae tuae,<sup>1</sup>  
omnibus amicis morbum tu incuties gravem,  
ut te videre audireque aegroti sient.

*Call.* Qui in mentem venit tibi istaec dicta dicere?

*Meg.* Quia omnis bonos bonasque adcurare addecet,  
suspicionem et culpam ut ab se segregent.

*Call.* Non potest utrumque fieri.

<sup>1</sup> Leo brackets following vv., 72<sup>a</sup>-74:  
*sin immutare vis ingenium moribus  
aut si demutant mores ingenium tuom  
neque eos antiquos servas, ast captas novos.*

---

<sup>1</sup> Vv. 72<sup>a</sup>-74: But if you wish to conform your character to modern ways, or if modern ways transform that character of yours, and it's off with the old and on with the new.



**THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS**  
Purchase full membership to immediately unlock this page

**FORGOTTEN BOOKS**

# **FULL MEMBERSHIP**

**797,885 Books!**  
**All you can read**  
**for only**  
**\$8.99/month**

**Continue**

\*Fair usage policy applies





TITUS MACCIUS PLAUTUS

*Meg.*  
*Call.*

Quapropter?

Rogas? 80

ne admittam culpam, ego meo sum promus pectori:  
suspicio est in pectore alieno sita.

nam nunc ego si te surrupuisse suspicer  
Iovi coronam de capite ex Capitolio,  
qui in columine astat summo: si id non feceris  
atque id tamen mihi lubeat suspicari,  
qui tu id prohibere me potes ne suspicer?  
sed istuc negoti cupio scire quid siet.

*Meg.*

Haben tu amicum aut familiarem quempiam,  
quoi pectus sapiat?

*Call.*

Edepol haud dicam dolo: 90

sunt quos scio esse amicos, sunt quos suspicor,  
sunt quorum ingenia atque animos nequeo noscere,  
ad amici partem an ad inimici perveniant;  
sed tu ex amicis mi es certis certissimus.

si quid scis me fecisse inscite aut improbe,  
<sup>1</sup> si id me non accusas, tute ipse obiurgandus es.

*Meg.*

Scio;

et, si alia huc causa ad te adveni, aequom postulas.

*Call.*

Expecto si quid dicas.

*Meg.*

Primumdum omnium,

male dictitatur tibi volgo in sermonibus:

turpilucricupidum te vocant cives tui;

tum autem sunt alii, qui te volturium vocant:

hostisne an civis comedis, parvi pendere.

haec cum audio in te dici, discrucior miser.

*Cal.*

Est atque non est mi in manu, Megaronides:

quin dicant, non est; merito ut ne dicant, id est.

*Meg.*

Fuitne hic tibi amicus Charmides?

100

<sup>1</sup> Corrupt (Leo): *si id non me accusas, tute obiurgandu's*  
Reiz, Bothe.



## THREE BOB DAY

How is that?

You ask? I keep the key to my own thoughts and can close them to guilt: suspicion is stored in the thoughts of others. Why, I may suspect you this minute of having stolen the crown from the head of Jove's Capitoline statue that stands on top of the temple: you might be innocent, yet if I still chose to suspect you of it, how can you stop my suspicions? But I'm eager to hear what's troubling you.

Have you a friend, or someone you know well, a man possessed of common sense?

Gad, to be quite candid—there are some I know to be friends, some I suspect of it, and some whose natures and feelings I can't see into well enough to say whether they're more inclined to be friends or foes. But of all my sure friends the very surest is yourself. So if you're aware of my having acted unwisely or unworthily, and don't bring me to book, you're the man that ought to get the rating.

I know it; and if I've come to you for any other reason, you have cause for complaint.

I'm awaiting what you have to say.

Well, in the first place, ugly things are being said about you, it's the common talk: your own fellow citizens are calling you Old Boodlegrabitinski. Yes, and others are calling you The Cormorant: foreigners or fellow citizens, you don't give a damn, but gobble 'em all. When I hear such things said of you it hurts, hurts like the devil.

This is a matter I can, and can't, control, Megaronides: what they say I can't; the justice of what they say, I can.

Charmides here (*pointing to his house*) was a friend of yours?



TITUS MACCIUS PLAUTUS

*Call.*

Est et fuit.

id ita esse ut credas, rem tibi auctorem dabo.  
nam postquam hic eius rem confregit filius  
videtque ipse ad paupertatem protractum esse se  
suamque filiam esse adultam virginem,  
simul eius matrem suamque uxorem mortuam,  
quoniam hinc iturust ipse in Seleuciam,  
mihi commendavit virginem gnatam suam  
et rem suam omnem et illum corruptum filium.  
haec, si mihi inimicus esset, credo haud crederet.

110

*Meg*

Quid tu, adolescentem, quem esse corruptum  
vides,

qui tuae mandatus est fide et fiduciae,  
quin eum restituis, quin ad frugem conrigis?  
ei rei operam dare te fuerat aliquanto aequius,  
si qui probiorem facere posses, non uti  
in candem tute accederes infamiam  
malumque ut eius cum tuo misceres malo.

120

*Call.*

Quid feci?

*Meg.*

Quod homo nequam.

*Call.*

Non istuc meumst.

*Meg.*

Emistin de adolescente has aedes—quid taces?  
ubi nunc tute habitas?

*Call.*

Emi atque argentum dedi,  
minas quadraginta, adolescenti ipsi in manum.

*Meg.*

Dedistin argentum?

*Call.*

Factum, neque facti piget.

*Meg.*

Edepol fide adolescentem mandatum malae.  
dedistine hoc facto ei gladium, qui se occideret?  
quid secus est aut quid interest dare te in manus  
argentum amanti homini adolescenti, animi impoti,  
qui exaedificaret suam incohatam ignaviam?

130

*Call.*

Non ego illi argentum redderem?



**THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS**  
Purchase full membership to immediately unlock this page

# Get Smart

Over 2,000 years of  
human knowledge in  
797,885 volumes

Instant access  
\$8.99/month

**Continue**

\*Fair usage policy applies



## TITUS MACCIUS PLAUTUS

*Meg.* Non redderes,  
neque de illo quicquam neque emeris neque ven-  
deres,

nec qui deterior esset faceres copiam.  
inconciliastin eum qui mandatust tibi,  
ille qui mandavit, eum exturbasti ex aedibus?  
edepol mandatum pulchre et curatum probe;  
crede huic tutelam: suam melius rem gesserit.

*Call.* Subigis maledictis me tuis, Megaronides, 140  
novo modo adeo, ut quod meae concreditumst  
taciturnitati clam, fide et fiduciae,  
ne enuntiarem quoiquam neu facerem palam,  
ut mihi necesse sit iam id tibi concedere.

*Meg.* Mihi quod credideris sumes ubi posiveris.

*Call.* Circumspicedum te, ne quis adsit arbiter  
nobis, et quaeso identidem circumspice.

*Meg.* Ausculto si quid dicas.

*Call.* Si taceas, loquar.

quoniam hinc est profecturus peregre Charmides,  
thensaurum demonstravit mihi in bisce aedibus, 150  
hic in conclavi quodam—sed circumspice.

*Meg.* Nemost.

*Call.* Nummorum Philippeum ad tria milia.  
id solus solum per amicitiam et per fidem  
flens me obsecravit suo ne gnato crederem  
neu quoiquam unde ad eum id posset permanascere.  
nunc si ille huc salvos revenit, reddam suom sibi;  
si quid eo fuerit, certe illius filiae,  
quae mihi mandatast, habeo dotem unde dem,



## THREE BOB DAY

**Meg.** You should not; you should have bought nothing of him, sold nothing to him, supplied him with nothing to make him worse. You victimized a youth that was put in your keeping, and the man that put him there you bundled out of his own home. Didn't you? By the Lord! Pretty keeping he was put in! Wonderful care! Here's a guardian to trust—to feather his own nest!

**Call.** (*after a moment's meditation*) Megaronides, this onslaught of yours is so overpowering and unexpected that something entrusted to my discretion, to my good faith and fidelity, a secret I was to reveal to no one or allow to get out, I am now forced to entrust to you.

**Meg.** (*earnestly*) Anything you do trust to me you'll find intact where you left it.

**Call.** (*in a low tone*) Look about, then, and make sure no one's overhearing us, and please look again from time to time.

**Meg.** (*follows instructions ; eagerly, coming closer*) All right, all right, what is it?

**Call.** Quiet, and I'll tell you. (*comes still closer*) When Charmides was about to go abroad he showed me a (*glancing round again*) treasure hidden in this house, in a certain room here—but look about!

**Meg.** (*obeying*) There's no one.

**Call.** Some three thousand pounds in gold, it was. And there alone together, he wept as he implored me in the name of friendship and loyalty not to trust this secret to his son or to anyone from whom it might leak out to him. So now if he comes back here safe, I will give him back his money. If anything happens to him, I at least have the means of giving a dowry to his daughter who was put in



## TITUS MACCIUS PLAUTUS

ut eam in se dignam condicionem conlocem.

*Meg.* Pro di immortales, verbis paucis quam cito  
160  
alium fecisti me, alius ad te veneram.

sed ut occepisti, perge porro proloqui.

*Call.* Quid tibi ego dicam. qui illius sapientiam  
et meam fidelitatem et celata omnia  
paene ille ignavos funditus pessum dedit?

*Meg.* Quidum?

*Call.* Quia, ruri dum sum ego unos sex dies.  
me absente atque insciente, inconsultu meo,  
aedis venalis basce inscripsit litteris.

*Meg.* Adesurivit magis et inhiavit acrius  
lupus, observavit dum dormitarent canes:  
gregem universum voluit totum avortere.

*Call.* Fecisset edepol, ni haec praesensisset canes. 170

sed nunc rogare ego vicissim te volo:

quid fuit officium meum me facere? face sciam;  
utrum indicare me ei thensaurum aequom fuit,

adversum quam eius me opsecravisset pater,  
an ego alium dominum paterer fieri bisce aedibus?  
qui emisset, eius essetne ea pecunia?

emi egomet potius aedis, argentum dedi

thensauri causa, ut salvom amico traderem. 180

neque adeo basce emi mihi nec usurae mcae:

illi redemi rusum, a me argentum dedi.

haec sunt: si recte seu pervorse facta sunt,  
ego me fecisse confiteor, Megaronides.



**THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS**  
Purchase full membership to immediately unlock this page

**FORGOTTEN BOOKS**

# **FULL MEMBERSHIP**

**797,885 Books!**  
**All you can read**  
**for only**  
**\$8.99/month**

**Continue**

\*Fair usage policy applies





## TITUS MACCIUS PLAUTUS

em mea malefacta, em meam avaritiam tibi;  
bascine propter res maledicas famas ferunt.

*Meg.* Παύσαι, vicisti castigatorem tuom:

occlusti linguam, nihil est quod respondeam.

*Call.* Nunc ego te quaeso ut me opera et consilio iuves  
communicesque hanc mecum meam provinciam.

*Meg.* Polliceor operam.

*Call.* Ergo ubi eris paulo post?

*Meg.* Domi.

*Call.* Numquid vis?

*Meg.* Cures tuam fidem.

*Call.* Fiet sedulo.

*Meg.* Sed quid ais?

*Call.* Quid vis?

*Meg.* Vbi nunc adulescens habet?

*Call.* Posticulum hoc recepit, quom aedis vendidit.

*Meg.* Istuc volebam scire. i sane nunciam.

sed quid ais? quid nunc virgo? nempe apud te  
est?

*Call.* Itast,  
iuxtaque eam curo cum mea.

*Meg.* Recte facis.

*Call.* Numquid, prius quam abeo, me rogaturu's?

*Meg.* Vale.

nihil est profecto stultius neque stolidius  
neque mendaciloquius neque argutum magis,  
neque confidentiloquius neque peiurius,  
quam urbani assidui cives, quos scurras vocant.  
atque egomet me adeo cum illis una ibidem trabo,  
qui illorum verbis falsis acceptor fui,



### THREE BOB DAY

There are my foul deeds, there is my rapacity!  
This is the basis of the scurrilous tales they spread!  
(*seizing his hand*) *Arrête!* Your castigator's beaten!  
You've stopped my tongue, I have no words to  
answer with!

Now I must ask for your aid and advice, and help  
in running this province of mine.

(*fervently*) My help's yours, I promise you.

Then where will you be a little later?

At home.

(*about to go*) There's nothing else?

(*with an apologetic smile*) Yes, take care you're  
trustworthy.

(*lightly*) I'll do my best. (*going*)

(*calling, still flurried by it all*) But I say!

What is it?

Where's the young fellow living now?

He reserved this annex (*pointing*) when he sold the  
house.

That's what I wanted to know. All right, go along  
now at once. (*calling again*) But I say! How  
about the girl now? With you, I suppose?

Yes indeed, she's receiving the same care as my  
own daughter.

Quite right.

(*quizzically*) Any other questions before I leave?

[EXIT.]

Good bye! (*thinks things over, then disgustedly*)  
There's certainly nothing more silly and stupid,  
more subdolous and voluble, more brassymouthed  
and perjured than these city busybodies called  
men about town. Yes, and I put myself in the  
very same category with 'em, swallowing as I did  
the falsehoods of fellows that affect to know every-



## TITUS MACCIUS PLAUTUS

qui omnia se simulant scire neque quicquam sciunt.  
quod quisque in animo habet aut habiturust sciunt,  
sciunt id quod in aurem rex reginae dixerit,  
sciunt quod Iuno fabulatast cum Iove;  
quae neque futura neque sunt, tamen illi sciunt.  
falsos an vero laudent, culpent quem velint, 210  
non flocci faciunt, dum illud quod lubeat sciant.  
omnes mortales hunc aiebant Calliclem  
indignum civitate hac esse et vivere,  
bonis qui hunc adulescentem evortisset suis.  
ego de eorum verbis famigeratorum insciens  
prosilui amicum castigatum innoxium.  
quod si exquiratur usque ab stirpe auctoritas,  
unde quidquid auditum dicant, nisi id appareat,  
famigeratori res sit cum damno et malo,  
hoc ita si fiat, publico fiat bono, 220  
pauci sint faxim qui sciant quod nesciunt,  
occlusioremque habeant stultiloquentiam.

### ACTVS II

*Lys.* Multas res simitu in meo corde vorso,  
multum in cogitando dolorem indipiscor:  
egomet me coquo et macero et defetigo,  
magister mihi exercitor animus nunc est.  
sed hoc non liquet neque satis cogitatumst,  
118



**THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS**  
Purchase full membership to immediately unlock this page

# Get Smart

Over 2,000 years of  
human knowledge in  
797,885 volumes

Instant access  
\$8.99/month

**Continue**

\*Fair usage policy applies



## TITUS MACCIUS PLAUTUS

utram potius harum mihi artem expetessam,  
utram aetati agundae arbitrer firmiorem:  
amoremne an rei opsequi potius par sit, 230  
utra in parte plus sit voluptatis vitae

ad aetatem agendam.

de hac re mihi satis haec liquet; nisi hoc sic faciam,  
opinor,

ut utramque rem simul exputem, iudex sim reusque  
ad eam rem.

ita faciam, ita placet; omnium primum  
Amoris artis eloquar quem ad modum expediant.

numquam Amor quemquam nisi cupidum  
hominem

postulat se in plagas conicere:

eos cupit, eos consectatur;

subdole<sup>1</sup> ab re consulit,

blandiloquentulus, harpago, mendax,  
cuppes, avarus, elegans, despoliator,

latebricolarum hominum corruptor,<sup>2</sup> 240<sup>a</sup>

inops celatum indagator.

nam qui amat quod amat quom extemplo  
saviis sagittatis percussus,

ilico res foras labitur, liquitur.

“da mihi hoc, mel meum, si me amas, si  
audes.”

ibi ille cuculus: “ocelle mi, fiat:

et istuc et si amplius vis dari, dabitur.”

ibi illa pendentem ferit: iam amplius orat;

non satis id est mali, ni amplius etiam,

quod ebibit, quod comest, quod facit sumpti.

nox datur: ducitur familia tota, 250

vestiplica, unctor, auri custos, flabelliferae, sandali-  
gerulae,

<sup>1</sup> Leo brackets following *blanditur*.



## THREE BOB DAY

rather follow, which I'm to believe gives you firmer footing as you pass your days? Should I go in for love affairs or attend to business? Which should I find the better basis for enjoying existence through the years?

(*pacing back and forth*) No, the answer's not quite clear to me. (*halting*) The only thing to do, it seems, is examine 'em both together and serve as judge and advocate in the case. That's what I'll do, that's a good idea. I'll begin by exposing the arts of Love and their procedure.

(*as to a jury*) Love never hopes to have anyone come dashing into his nets except men of loose desires: it is those that he himself desires, those he dogs. He gives them sly, disastrous counsel, he is wheedle-tongued and predacious, lying, deliciating, grasping, luxurious; he is a despoiler, a corrupter of men into bawdyhousehaunters, and when out of funds he sniffs out secrets. The moment your lover is pierced by those barbed and blissful kisses of the one he loves, his property begins to slip and drip away. (*in tender tones*) "Do give me this, honey dear, if you love me, please do." "Of course, my precious pet," says our booby then, "you shall have it, and have more too, if you like." Then she gets him all strung up for flogging and lays it on: now she asks for more; and that's too little damage, without more still to drink, to eat, to spend. She grants him a night: moves in on him with her whole household—her wardrobe woman, masseur, cashier, her fan-bearettes and slipperbearelles, her songstresses and

---

<sup>3</sup> Leo brackets following *blandus*.



## TITUS MACCIUS· PLAUTUS

cantrices, cistellatrices, nuntii, renuntii,  
raptores panis et peni;  
fit ipse, dum illis comis est, inops amator.  
haec ego quom ago cum meo animo et recolo,  
ubi qui eget, quam preti sit parvi:  
apage te, Amor, non places nil te utor;  
quamquam illud est dulce, esse et bibere,  
Amor amara dat tamen, satis quod aegre sit:

fugit forum, fugitat suos cognatos,

260

fugat ipse se ab suo contutu,

neque eum sibi amicum volunt dici.

mille modis, Amor, ignorandu's,

procul abhibendu's atque abstandu's,

nam qui in amorem praecipitavit,

peius perit quasi saxo saliat:

apage te, Amor, tuas res tibi habeto,

Amor, mihi amicus ne fuas umquam;

sunt tamen quos miseros maleque habeas.

quos tibi obnoxios fecisti.

270

certumst ad frugem adplicare animum,

quamquam ibi labos grandis capitur.

boni sibi haec expetunt, rem, fidem, honorem,

gloriam et gratiam: hoc probis pretiumst.

eo mihi magis lubet cum probis potius

quam cum improbis vivere vanidicis.

II. 2.

*Phil.*

Quo illic homo foras se penetravit ex  
aedibus?

*Lys.*

Pater, adsum, impera quidvis,  
neque tibi ero in mora neque latebrose  
me abs tuo conspectu occultabo.



**THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS**  
Purchase full membership to immediately unlock this page

**FORGOTTEN BOOKS**

**FULL**

**MEMBERSHIP**

**797,885 Books!**

**All you can read**

**for only**

**\$8.99/month**

**Continue**

\*Fair usage policy applies





TITUS MACCIUS PLAUTUS

*Phil.*

Feceris par tuis ceteris factis,  
patrem tuom si percoles per pietatem.

280

nolo ego cum improbis te viris, gnate mi,  
neque in via, neque in foro necullum sermonem  
exsequi.

novi ego hoc saeculum moribus quibus siet:  
malus bonum malum esse volt, ut sit sui similis;  
turbant, miscent mores mali: rapax avarus invidus  
sacrum profanum, publicum privatum habent, hiulca  
gens.

haec ego doleo, haec sunt quae me excruciant,  
haec dies

noctesque tibi canto ut caveas.

quod manu non queunt tangere tantum fas habent  
quo manus abstineant,

290

cetera: rape trahe, fuge late—lacrumas

haec mihi quom video eliciunt,

quia ego ad hoc genus hominum duravi.

quin prius me ad plures penetravi?

nam hi mores maiorum laudant, eosdem lutitant quos  
conlaudant.

bisce ego de artibus gratiam facio, ne colas neve  
imbuas ingenium.

meo modo et moribus vivito antiquis,

quae ego tibi praecipio, ea faeito.

nihil ego istos moror faeceos mores, turbidos,  
quibus boni dedecorant se.

haec tibi si mea imperia capesses, multa bona in  
pectore consident.

300

*Lys.*

Semper ego usque ad hanc aetatem ab ineunte  
adulescentia

tuis servivi servitutum imperiis<sup>1</sup> praeceptis, pater.

pro ingenio ego me liberum esse ratus sum, pro  
imperio tuo



## THREE BOB DAY

*Phil.* (*starchy and self-righteous*) You will be living up to your life of the past, if you have respect and filial affection for your father. My boy, I wish you to hold no converse with reprobates, in the streets or in the forum, none whatever. I know this age and what its moral standards are: a bad man wants a good man to be bad, and so be like himself. These bad men muddle our standards, mix them up; that wide-maw tribe, the grasping, the mean, the envious, regard things sacred as profane, public as private. It gripes me, it torments me, it is what I harp on day and night that you are to guard against. The only thing they think it wrong to lay their hands on is something that is out of reach. As for the rest—nab it and bag it, clear out and lie low! Ugh! When I see all this it brings tears to my eyes that I have lasted till such a race was born. Why not have hied me hence before to join the great majority? Why, these men praise the standards of our sires, and then be-sully what they so bepraise. My boy, I can dispense with your adopting such practices and letting them contaminate your character. Live as I live, by the good old standards, and carry out the precepts that you get from me. I cannot stand those filthy, chaotic standards that disgrace good citizens. Take these injunctions of mine to heart, and many a blessing will you have within you.

*Lys.* (*very patient and dutiful*) Father, all along from early youth to my present age I have subjected myself to your injunctions and your precepts. I felt that, though I was free by birth, the filial bond made it

---

<sup>1</sup> Leo brackets following *et.*



## TITUS MACCIUS PLAUTUS

meum animum tibi servitatem servire aequom  
censui.

*Phil.* Qui homo cum animo inde ab ineunte aetate  
depugnat suo,  
utrum itane esse mavelit ut eum animus aequom  
censeat,

an ita potius ut parentes eum esse et cognati  
velint:

si animus hominem pepulit, actumst: animo servit  
non sibi;

si ipse animum pepulit, dum vivit victor victorum  
cluet.

tu si animum vicisti potius quam animus te, est  
quod gaudeas.

nimio satiust, ut opust te ita esse, quam ut animo  
lubet:

qui animum vincunt, quam quos animus, semper  
probiores cluent.

*Lys.* Istace ego mi semper babui aetati integumentum  
meae;

ne penetrarem me usquam ubi esset damni con-  
ciliabulum

neu noctu irem obambulatum neu suom adimerem  
alteri

neu tibi aegritudinem, pater, parerem, parsi sedulo:  
sarta tecta tua praecepta usque habui mea modestia.

*Phil.* Quid exprobras? bene quod fecisti tibi fecisti, non  
mihi;

mihi quidem aetas actast ferme: tua istuc refert  
maxime.

is probus est quem paenitet quam probus sit et frugi  
bonae;

quis ipse sibi satis placet, nec probus est nec frugi  
bonae:<sup>1</sup>

310

320



**THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS**  
Purchase full membership to immediately unlock this page

# Get Smart

Over 2,000 years of  
human knowledge in  
797,885 volumes

Instant access  
\$8.99/month

**Continue**

\*Fair usage policy applies





## TITUS MACCIUS PLAUTUS

bene facta bene factis aliis pertegito, ne perplu-  
ant.

*Lys.* Ob eam rem haec, pater, autumavi, quia res quae-  
damst quam volo  
ego me abs te exorare.

*Phil.* Quid id est? dare iam veniam gestio.

*Lys.* Adulescenti hinc genere summo, amico atque  
aequali meo,  
minus qui caute et cogitate suam rem tractavit,  
pater,  
bene volo ego illi facere, si ut non nevis.

*Phil.* Nempe de tuo?

*Lys.* De meo: nam quod tuomst meumst, omne meumst  
autem tuom.

*Phil.* Quid is? egetne?

*Lys.* Eget.

*Phil.* Habuitne rem?

*Lys.* Habuit.

*Phil.* Qui eam perdidit? 330

publicisne adfinis fuit an maritumis negotiis?  
mercaturan, an venales habuit ubi rem perdidit?

*Lys.* Nihil istorum.

*Phil.* Quid igitur?

*Lys.* Per comitatem edepol, pater;  
praeterea aliquantum animi causa in deliciis disper-  
didit.

*Phil.* Edepol hominem praemandatum ferme familiariter,  
qui quidem nusquam per virtutem rem confregit,  
atque eget;  
nil moror eum tibi esse amicum cum eius modi  
virtutibus.

*Lys.* Quia sine omni malitiast, tolerare eius egestatem  
volo.



## THREE BOB DAY

be roofed with more well-doing to keep the rain out.

*Lys.* (*less exalted*) My reason for stating this, father, is the fact that there's something I want you to agree to.

*Phil.* What is it? I am already eager to oblige you.

*Lys.* There's a young fellow here (*with a nod toward the city in general*) that comes of fine family, a friend of mine about my age, (*awkwardly*) and, father, he has managed his affairs incautiously and imprudently, and I want to do him a good turn, if you don't object.

*Phil.* (*mildly ironic*) From your own funds, I presume?

*Lys.* (*smiling faintly*) My own, yes: for what's yours is mine, and of course all mine is yours.

*Phil.* What about him? Badly off?

*Lys.* He is, sir.

*Phil.* And he once had money?

*Lys.* Once, sir.

*Phil.* (*brisk and suspicious*) How did he lose it? Tied up with state contracts, was he, or maritime ventures? Did he lose it in trade, or slave-dealing?

*Lys.* None of those ways, sir.

*Phil.* Then how?

*Lys.* (*after a pause*) I assure you, father, it was his—kind-heartedness. Besides, he—did waste some of it indulging his—inclinations.

*Phil.* (*sarcastic*) Bless my soul! How cordially the man is commended by that introduction! He wrecked his estate in no reputable way, and now he is poor, eh! I dislike seeing a man of such character on friendly terms with you.

*Lys.* He doesn't mean badly at all, father, so I want to relieve him in his poverty.



## TITUS MACCIUS PLAUTUS

*Phil.* De mendico male meretur qui ei dat quod edit aut  
bibat;  
nam et illud quod dat perdit et illi prodit vitam ad  
miseriam.

340

non eo haec dico, quin quae tu vis ego velim et  
faciam lubens:

sed ego hoc verbum quom illi quoidam dico, prae-  
monstro tibi,

ut ita te aliorum miserescat, ne tis alios misereat.

*Lys.* Deserere illum et deiuvare in rebus advorsis pudet.

*Phil.* Pol pudere quam pigere praestat, totidem litteris.

*Lys.* Edepol, deum virtute dicam, pater, et maiorum et  
tua

multa bona bene parta habemus, bene si amico  
feceris

ne pigeat fecisse, ut potius pudeat si non feceris.

*Phil.* De magnis divitiis si quid demas, plus fit an minus?

*Lys.* Minus, pater; sed civi immuni scin quid cantari  
solet?

350

“quod habes ne habeas et illuc quod non habes  
habeas, malum,

quandoquidem nec tibi bene esse pote pati neque  
alteri.”

*Phil.* Scio equidem istuc ita solere fieri; verum, gnate mi,  
is est immunis, cui nihil est qui munus fungatur  
suom.

*Lys.* Deum virtute habemus et qui nosmet utamur, pater,  
et aliis qui comitati simus benevolentibus.

*Phil.* Non edepol tibi pernegare possum quicquam quod  
velis.

cui egestatem tolerari vis? eloquere audacter patri.



**THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS**  
Purchase full membership to immediately unlock this page

**FORGOTTEN BOOKS**

# **FULL MEMBERSHIP**

**797,885 Books!**  
**All you can read**  
**for only**  
**\$8.99/month**

**Continue**

\*Fair usage policy applies





## TITUS MACCIUS PLAUTUS

- Lys.* Lesbonico huic adulescenti, Charmidai filio,  
qui illic habitat.
- Phil.* Quin comedit quod fuit, quod non fuit? 360
- Lys.* Ne opprobra, pater; multa eveniunt homini quae  
volt, quae nevolt.
- Phil.* Mentire edepol, gnate, atque id nunc facis haud  
consuetudine.  
nam sapiens quidem pol ipse fingit fortunam sibi:  
eo non multa quae nevolt eveniunt, nisi fictor  
malust.
- Lys.* Multa illi opera opust ficturae, qui se fictorem  
probum  
vitae agundae esse expetit: sed hic admodum adu-  
lescentulust.
- Phil.* Non aetate, verum ingenio apiscitur sapientia;  
sapienti aetas condimentum, sapiens aetati cibust.  
agedum eloquere, quid dare illi nunc vis?
- Lys.* Nil quicquam, pater;  
tu modo ne me prohibeas accipere, si quid det mihi. 370
- Phil.* An eo egestatem ei tolerabis, si quid ab illo ac-  
ceperis?
- Lys.* Eo, pater.
- Phil.* Pol ego istam volo me rationem edoceas.
- Lys.* Licet.  
scin tu illum quo genere natus sit?
- Phil.* Scio, adprime probo.
- Lys.* Soror illi est adulta virgo grandis: eam cupio, pater,  
ducere uxorem sine dote.
- Phil.* Sine dote uxorem?
- Lys.* Ita;  
tua re salva hoc pacto ab illo summam inibis  
gratiam,  
neque commodius ullo pacto ei poteris auxiliarier.
- Phil.* Egone indotatam te uxorem ut patiar?



### THREE BOB DAY

*Lys.* It's this young Lesbonicus, Charmides' son, who lives there. (*pointing*)

*Phil.* (*again indignant*) That waster who devoured all he had, and more too?

*Lys.* Don't be harsh, father; much happens to a man whether he wants it or not.

*Phil.* Hold on, my son! That's a lie, and lying is no habit of yours. For I tell you, a man, a wise man, moulds his own destiny: so not much happens to him that he does not want, unless he be a poor moulder.

*Lys.* He must be a moulder of much experience, father, if he aspires to mould a whole life well: but this young fellow is still very young.

*Phil.* 'Tis not by age, but character, that wisdom is acquired. Age merely spices wisdom; wisdom is the very sustenance of age. But come on, speak out. What do you wish to give him now?

*Lys.* Nothing at all, father; only don't you prevent my accepting, if he gives me something.

*Phil.* And you will relieve his poverty by doing that, by letting him give you something?

*Lys.* By doing that, father.

*Phil.* Gad! I should like instruction in your method.

*Lys.* Very well. You know what his family is?

*Phil.* I do, highly desirable.

*Lys.* He has a sister, grown-up, marriageable. Father, I'm eager to have her for my wife—without a dowry.

*Phil.* (*shocked*) A wife without a dowry?

*Lys.* Yes, sir. This way you'll earn his very warmest esteem, and there's no more fitting way for you to help him—and it costs you nothing.

*Phil.* (*weakening*) I to let you marry an undowered wife?



## TITUS MACCIUS PLAUTUS

*Lys.* Patiundumst, pater ;  
et eo pacto addideris nostrae lepidam famam  
familiae.

*Phil.* Multa ego possum docta dicta et quamvis facunde  
loqui,

historiam veterem atque antiquam haec mea  
senectus sustinet;

verum ego quando te et amicitiam et gratiam in  
nostram domum

video adlicere, etsi adversatus tibi fui, istac iudico :  
tibi permitto ; posee, duce.

*Lys.* Di te servassint mihi.  
sed adde ad istam gratiam unum.

*Phil.* Quid id est autem unum

*Lys.* Eloquar.

tute ad eum adeas, tute concilies, tute poseas.

*Phil.* Eccere.

*Lys.* Nimio citius transiges : firmum omne erit quod tu  
egeris.

gravius tuom erit unum verbum ad eam rem quam  
centum mea.

*Phil.* Ecce autem in benignitate hoc repperi, negotium.  
dabitur opera.

*Lys.* 390  
Lepidus vivis. haec sunt aedes, hic habet ;  
Lesbonico est nomen. age, rem cura. ego te  
opperiar domi.

### II. 3.

*Phil.* Non optuma haec sunt neque ut ego aequom  
censeo ;

verum meliora sunt quam quae deterruma.

sed hoc me unum consolatur atque animum  
meum,

quia qui nihil aliud nisi quod sibi soli placet .



**THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS**  
Purchase full membership to immediately unlock this page

# Get Smart

Over 2,000 years of  
human knowledge in  
797,885 volumes

Instant access  
\$8.99/month

**Continue**

\*Fair usage policy applies





## TITUS MACCIUS PLAUTUS

consulit advorsum filium, nugas agit:  
miser ex animo fit, factius nihilo facit.  
suae senectuti is acriorem hiemem parat,  
quom illam importunam tempestatem conciet.  
sed aperiuntur aedes quo ibam: commodum 400  
ipse exit Lesbonicus cum servo foras.

II. 4.

*Lesb.*

Minus quindecim dies sunt, quom pro hisce  
aedibus

minas quadraginta accepisti a Callicle.  
estne hoc quod dico, Stasime?

*Stas.*

Quom considero,  
meminisse videor fieri.

*Lesb.*

Quid factumst eo?

*Stas.*

Comessum, expotum; exussum: elotum in  
balineis,

piscator, pistor apstulit, lanii, coqui,  
holitores, myropolae, aucupes: confit cito;  
non berele minus divorce distrahitur cito,  
quam si tu obicias formicis papaverem. 410

*Lesb.*

Minus hercle in istis rebus sumptumst sex  
minis.

*Stas.*

Quid quod dedisti scortis?

*Lesb.*

Ibidem una trabo.

*Stas.*

Quid quod ego defrudavi?

*Lesb.*

Em, istace ratio maxumast.

*Stas.*

Non tibi illud apparere, si sumas, potest;  
nisi tu immortale rere esse argentum tibi.

*Phil.*

Sero atque stulte, prius quod cautum oportuit,  
postquam comedit rem, post rationem putat.



## THREE BOB DAY

fool: he is embittered and things are entirely unbettered. He invites a harder winter for his own age by stirring up rough weather of that kind. (*stopping*) But there goes the door I was headed for! This is timely! Here comes Lesbonicus himself with his servant. (*draws back round the corner*)
# Get Smart

Over 2,000 years of  
human knowledge in  
797,885 volumes

Instant access  
\$8.99/month

**Continue**

\*Fair usage policy applies



## TITUS MACCIUS PLAUTUS

quos quidem quam ad rem dicam in argentariis 70  
referre habere, nisi pro tabulis, nescio,

ubi aera perscribantur usuraria :

accepta dico; expensa ne qui censeat.

postremo id magno in populo multis<sup>1</sup> homi-  
nibus,

re placida atque otiosa victis hostibus :

amare oportet omnes qui quod dent habent.

nam mihi haec meretrix quae hic habet,

Phronesium,

suom nomen omne ex pectore exmovit meo,

phronesim, nam phronesis est sapientia.

nam me fuisse huic fateor summum atque

intumum,

quod amantis multo pessimum est pecuniae; 80

eadem postquam alium repperit qui plus daret,

damnosio rem meo<sup>2</sup> exinde immovit loco,

quem antehac odiosum sibi esse memorabat

mala,

Babyloniensem militem. is nunc dicitur

venturus peregre; eo nunc commenta est

dolum :

peperisse simulat esse, ut me extrudat foras

atque ut cum solo pergraecetur milite;

eum esse simulat militem puero patrem.

eum isti suppositum puerum opinor pessumae.

mihi verba retur dare se? an me censuit

celare se potesse, gravida si foret? 90

nam ego Lemno advenio Athenas nudius tertius,

legatus hinc quo cum publico imperio fui.

sed haec quidem eius Astaphium est ancillula;

cum ea quoque etiam mihi fuit commercium.

<sup>1</sup> *multis* Camerarius : *mulier corrupt* (Leo).



## TRUCULENTUS

earthly use harlots and pimps are at the bankers', I don't see, except to serve as account books for recording loans—loans made, that is; don't think I mean loans paid.

In short, this is how a great and teeming people occupies itself in time of peace and leisure, after its wars are won: all those that have the price must have amours.

Now here's my case—this courtesan that lives in there, (*pointing*) Phronesium, has expunged that name of hers entirely from my mind, expunged all phronesis, phronesis being wisdom. I used to hold—yes, I admit it—the highest, closest place with her, and that's the very damnedest place for a lover's purse. But as soon as she found another man she could get more out of, she thereupon in-ushered him, as a better prodigal, to my seat, despite her earlier talk of how she loathed him, blast her! He's a Babylonian soldier. It's said now he's arriving from abroad; so now she has a plot all ready: she's pretending she has had a baby, so as to crowd me out and live in style with just her soldier—this soldier being the baby's father, she pretends. Huh! This baby being the slut's by proxy only, in my opinion! Does she fancy she can gull me? Did she suppose she could hide it from me, if she'd been with child? It was just the day before yesterday I got back to Athens after that mission of mine to Lemnos in charge of those state affairs. (*as Phronesium's door opens*) Ah, but there's her little maid Astaphium! I've had dealings with that young lady, too. (*withdraws*)

---

<sup>2</sup> *meo* Lindsay: *mihi* corrupt (Leo).



## TITUS MACCIUS PLAUTUS

I. 2.

*Ast.*

Ad fores auscultate atque adservate aedis,  
ne quis adventor gravior abaeat quam adveniat,  
neu, qui manus attulerit steriles intro ad nos,  
gravidas foras exportet. novi ego hominum  
mores;

ita nunc adulescentes morati sunt: quini  
aut seni adveniunt ad scorta congerrones,  
consulta sunt consilia: quando intro ad-  
venerunt,

100

oenus eorum aliqui osculum amicae usque oggerit,  
dum illi agant ceteri cleptae;

sin vident quempiam se adservare, obludiant qui  
custodem oblectent

per ioculum et ludum; de nostro saepe edunt:  
quod fartores, faciunt.

fit pol hoc, et pars spectatorum scitis pol haec vos  
me haud mentiri.

ibist ibus<sup>1</sup> pugnae et virtuti de praedonibus praedam  
capere.

at ecastor nos rursus lepide referimus gratiam  
furibus nostris:

110

nam ipsi vident cum eorum aggerimus bona atque  
etiam ultro ipsi aggerunt ad nos.

*Din.*

Me illis quidem haec verberat verbis.

nam ego huc bona mea degessi.

*Ast.*

Commemini, iam pol ego eumpse ad nos, si domi  
erit, mecum adducam.

*Din.*

Heus, mane dum, Astaphium, prius quam abis.

*Ast.*

Qui revocat?

*Din.*

Scies • respice huc.

*Ast.*

Quis est?

<sup>1</sup> *ibist ibus* Camerarius: *ibi sibus* corrupt (Leo).



**THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS**  
Purchase full membership to immediately unlock this page

**FORGOTTEN BOOKS**

# **FULL MEMBERSHIP**

**797,885 Books!**  
**All you can read**  
**for only**  
**\$8.99/month**

**Continue**

\*Fair usage policy applies





## TITUS MACCIUS PLAUTUS

*Din.* Vobis qui multa bona esse volt.  
*Ast.* Dato, si esse vis.  
*Din.* Faxo erunt. respice huc modo.  
*Ast.* Oh,  
 cnicas me miseram, quisquis es.  
*Din.* Pessuma, mane. 120  
*Ast.* Optume, odio es.  
 Diniarchusne illic est? atque is est.  
*Din.* Salva sis.  
*Ast.* Et tu.  
*Din.* Fer contra manum et pariter gradere.  
*Ast.* Tuis servio atque audiens sum imperiis.  
*Din.* Quid agis?  
*Ast.* Valeo et validum teneo.  
 peregre quoniam advenis, cena detur.  
*Din.* Bene dicis benigneque vocas, Astaphium.  
*Ast.* Amabo,  
 sine me ire, era quo iussit.  
*Din.* Eas.  
 sed quid ais?  
*Ast.* Quid vis?  
*Din.* Dic quo iter inceptas; quis est quem arcessis?  
*Ast.* Archilinem 130  
<sup>1</sup> obstetricem.  
*Din.* Mala tu femina es, oles unde es disciplinam.  
 manifesto mendaci, mala, teneo te.  
*Ast.* Quid iam, amabo?  
*Din.* Quia te adducturam huc dixeras eumpse, non  
 eampse;  
 nunc mulier facta est iam ex viro: mala es prae-  
 strigiatrix.  
 sed tandem eloquere, quis is homost, Astaphium?  
 novos amator?

<sup>1</sup> Corrupt (Leo): *tonstricem* Bergk.



## TRUCULENTUS

- Din.* A man that wishes you girls all sorts of good things,  
*Ast.* (*not turning*) If that's your wish, gratify it.  
*Din.* I will. Only do look back here.  
*Ast.* (*not turning*) Oh dear, you pester me to death, whoever you are. (*goes on*)  
*Din.* Wait, you little devil!  
*Ast.* You bore me, angel mine. (*turns*) Is that Diniarchus? Yes, it is.  
*Din.* (*steps toward her*) Greetings!  
*Ast.* (*indifferently, waiting for him*) And to you.  
*Din.* Out with your hand and do some walking yourself.  
*Ast.* (*advancing languidly*) I am your humble and obedient servant, sir.  
*Din.* (*as they shake hands*) How are you?  
*Ast.* Healthy, and holding the hand of a healthy man. Now you're back from abroad, a (*vaguely*) dinner party's due.  
*Din.* (*ironical*) Pleasant thought; nice of you to invite me, Astaphium. (*still holding her hand*)  
*Ast.* Come, my dear sir, let me go where mistress ordered.  
*Din.* (*releasing her*) Go along. (*suddenly*) But see here!  
*Ast.* What do you want?  
*Din.* Tell me where you're off to? Who is it you're fetching?  
*Ast.* Archilis the midwife.  
*Din.* You're a sly wench, you smell of your home training. I've caught you in a lie, clear as can be, slyboots.  
*Ast.* Why, my dear sir, how so?  
*Din.* Well, it was "him" you said you'd bring, not "her." Now your man has turned woman. You're a sly trickstress. But come, out with it, Astaphium. Who is this fellow? Some new lover?



## TITUS MACCIUS PLAUTUS

- Ast.* Nimis otiosum te arbitror hominem esse. .
- Din.* Qui arbitrare?
- Ast.* Quia tuo vestimento et cibo alienis rebus curas. .
- Din.* Vos mihi dedistis otium.
- Ast.* Qui, amabo?
- Din.* Ego expedibo.  
rem perdidisti apud vos, vos meum negotium ab-  
stulistis.
- Ast.* si rem servassem, fuit ubi negotiosus essem. 140
- Ast.* An tu te Veneris publicum aut Amoris alia lege  
habere posse postulas, quin otiosus fias?
- Din.* Illa, haud ego, habuit publicum: pervorse inter-  
pretaris;  
nam advorsum legem meam ob meam scripturam  
pecudem cepit.
- Ast.* Plerique idem quod tu facis faciunt rei male  
gerentes:  
ubi non est, scripturam unde dent, incusant  
publicanos.
- Din.* Male vertit res pecuaria mihi apud vos: nunc  
vicissim  
volo habere aratiunculam pro copia hic apud vos.
- Ast.* Non arvos hic, sed pascuost ager: si arationes  
habitu' s, qui arari solent, ad pueros ire meliust. 150  
huno nos habemus publicum, illi alii sunt publi-  
cani.
- Din.* Vtrosque pergnovi probe.
- Ast.* Em istoc pol tu otiosu' s,  
cum et illic et hic pervorsus es. sed utriscum rem  
esse mavis?
- Din.* Procaciores estis vos, sed illi periuriores;  
illis perit quidquid datur, neque ipsis apparet  
quicquam:



**THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS**  
Purchase full membership to immediately unlock this page

# Get Smart

Over 2,000 years of  
human knowledge in  
797,885 volumes

Instant access  
\$8.99/month

**Continue**

\*Fair usage policy applies



## TITUS MACCIUS PLAUTUS

vos saltē si quid quaeritis, ecibitis et comestis.  
postremo illi sunt improbi, vos nequam et gloriosae.  
*Ast.* Male quae in nos vis, ea omnia tibi dicis, Diniarche,  
et nostram et illorum vicem.

*Din.*

Qui istuc?

*Ast.*

Rationem dicam:

quia qui alterum incusat probri, sumpse enitere  
oportet.

160

tu a nobis sapiens nihil habes, nos nequam abs te  
habemus.

*Din.*

O Astaphium, haud istoc modo solita es me ante  
appellare,  
sed blande, cum illuc, quod apud vos nunc est, apud  
me habebam.

*Ast.*

Dum vivit, hominem noveris: ubi mortuost, quies-  
cat.

te dum vivebas noveram.

*Din.*

An me mortuom arbitrare?

*Ast.*

Qui potis,<sup>1</sup> amabo, planius? qui antehac amator  
summus  
habitu's, nunc ad amicam venis querimoniam  
deferre.

*Din.*

Vestra hercle factum iniuria, quae properavistis  
olim:

rapere otiose oportuit, diu ut essem incolumis vobis.

*Ast.*

Amator similest oppidi hostilis.

*Din.*

Quo argumento?<sup>1</sup>

170

*Ast.*

Quam primum expugnari potis,<sup>1</sup> tam id optimum est  
amicae.

*Din.*

Ego fateor, sed longe aliter est amicus atque  
amator:

certe hercle quam veterrimus, tam homini optimust  
amicus.

*Ast.*

Si vivit.



## TRUCULENTUS

girls at least, on getting something, do drink it down and eat it up. In brief, they're no good, and you're conceited good-for-nothings.

*Ast.* All this abuse you mean for us you're piling on yourself, Diniarchus, instead of us and them.

*Din.* How so?

*Ast.* I'll tell you how: because "he who damns another's faults had best be paragon himself." You haven't profited by us, wise boy; we have by you, despite our good-for-nothingness.

*Din.* (*pleadingly*) Oh Astaphium, that's not the tone you used to take with me before! How fond you were when all that's now in your hands lay in mine!

*Ast.* (*frigidly*) While a man's alive you know him: when he's dead, let him rest in peace. Yourself now—while you lived I knew you.

*Din.* Eh? D'ye suppose I'm dead?

*Ast.* Why, bless your soul, how could one be more so? You, the lover that once stood supreme, now come and bring your sweetheart—wails.

*Din.* Good Lord! That's due to your own bad tactics; you girls were in too much of a rush. More leisurely marauding was the thing, so that I should last you longer.

*Ast.* A lover's like a hostile city.

*Din.* How do you mean?

*Ast.* The sooner he can be stormed and sacked, the better for his girl friend.

*Din.* I admit that, but a friend's far different from a lover. Heavens, yes! The older a friend is, the better you find him. That's sure.

*Ast.* If he's alive.

---

<sup>1</sup> Leo brackets following *est*.



## TITUS MACCIUS PLAUTUS

*Din.* Non berele occidi, sunt mi etiam fundi et aedis.  
*Ast.* Cur, obsecro, ergo ante ostium pro ignoto alienoque  
 astas?

i intro, haud alienus tu quidem es; nam ecastor  
 neminem hodie  
 mage amat corde atque animo suo, si quidem habes  
 fundum atque aedis.

*Din.* In melle sunt linguae sitae vestrae atque orationes,  
 facta atque corda in felle sunt sita atque acerbo  
 aceto:

eo dicta lingua dulcia datis, corde amara facitis.<sup>1</sup>

180

*Ast.* Non istace, mea benignitas, decuit te fabulari,  
 sed istos qui cum geniis suis belligerant parcipromi.

*Din.* Mala es atque eadem quae soles inlecebra.

*Ast.* Vt expectatus  
 peregre advenisti, quam, obsecro, cupiebat te era  
 videre.

*Din.* Quid tandem?

*Ast.* Te unum ex omnibus amat.

*Din.* Euge, fundi et aedis,  
 per tempus subvenistis. sed quid ais, Astaphium?  
*Ast.* Quid vis?

*Din.* Estne intus nunc Phronesium?

*Ast.* Vtut aliis, tibi quidem intus.

*Din.* Valetne?

*Ast.* Immo edepol melius iam fore spero, te  
 ubi videbit.

*Din.* Hoc nobis vitium maximumst, cum amamus tum  
 hoc perimus:

190

si illud quod volumus dicitur, palam cum mentiuntur,  
 verum esse insciti credimus, ne ut iusta utamur ira.

<sup>1</sup> Leo brackets following v., 181:

*Ast.* *Amantes si qui non danunt, non didici fabulari.*<sup>2</sup>

<sup>2</sup> Corrupt (Leo): *non didici fabulare* P.



**THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS**  
Purchase full membership to immediately unlock this page

**FORGOTTEN BOOKS**

# **FULL MEMBERSHIP**

**797,885 Books!**  
**All you can read**  
**for only**  
**\$8.99/month**

**Continue**

\*Fair usage policy applies





## TITUS MACCIUS PLAUTUS

*Ast.* Heia, haud itast res.

*Din.* Ain tu eam me amare?

*Ast.* Immo unice unum.

*Din.* Peperisse audivi.

*Ast.* Ah obsecro, tace, Diniarche.

*Din.* Quid iam?

*Ast.* Horresco misera, mentio quotiens fit partionis,  
ita paene nulla tibi fuit Phronesium. i intro, amabo,  
vise illam. atque opperimino: iam exhibit; nam  
lavabat.

*Din.* Quid ais tu? quae numquam fuit praegnas, qui  
parere potuit?

nam equidem illi uterum, quod sciam, numquam  
extumere sensi.

*Ast.* Celabat metuebatque te, ne tu sibi persuaderes,  
ut abortioni operam daret puerumque ut enicaret. 200

*Din.* Tum pol isti est puero pater Babylo niensis miles,  
quo ius nunc ista adventum expetit.

*Ast.* Immo ab eo ut nuntiatumst,  
iam hic adfuturum aiunt eum. nondum advenisse  
miror.

*Din.* Ibo igitur intro?

*Ast.* Quippini? tam audacter quam domum ad te;  
nam tu quidem edepol noster es etiam nunc,  
Diniarche.

*Din.* Quam mox te huc recipis?

*Ast.* Iam hic ero: propest, profecta quo sum.

*Din.* Redi vero actutum. ego interim hic apud vos  
opperibor.



## TRUCULENTUS

*Ast.* Now, now, now! That's not so.

*Din.* So you say she loves me?

*Ast.* Ah yes, you're all in all to her.

*Din.* I heard she's had a child.

*Ast.* (*apparently much upset*) Oh hush, for God's sake, Diniarchus!

*Din.* What's wrong?

*Ast.* Oh poor me! I shudder every time that childbirth's mentioned! Ah, how close you came to having no Phronesium! But go on in and see her, there's a dear. You'll have to wait, though. She'll soon be out. She was just bathing.

*Din.* Look here, you. How could she give birth to a child she never carried? Why, she certainly never showed any plumpening, to my knowledge.

*Ast.* She hid it from you, fearing you'd urge her to have an abortion, and be the death of her baby boy.

*Din.* Then by the Lord, that baby boy's father is the Babylonian soldier whom she's waiting for now so eagerly.

*Ast.* Yes, and according to a message from him, they say he'll be here shortly. I wonder he hasn't arrived already.

*Din.* (*doubtfully*) Am I to go in, then?

*Ast.* (*petting him*) Of course you are—as boldly as in your own house. Why, the idea, Diniarchus! You're still one of us, even now.

*Din.* (*trying to hold her*) How long before you're back?

*Ast.* Oh, I'll be here soon: it's near by, the place I'm bound for.

*Din.* Be sure you hurry back. I'll be waiting here at your place, meanwhile.

[EXIT.]



# TITUS MACCIUS PLAUTUS

## ACTVS II

*Ast.*

Hahahae, requievi,

quia intro abiit odium meum.

210

tandem sola sum. nunc quidem meo arbitrato  
loquar libere quae volam et quae lubebit.

huic homini amanti mea era apud nos naeniam dixit  
domi,

nam fundi et aedis obligatae sunt ob Amoris prae-  
dium.

verum apud hunc mea era sua consilia summa  
eloquitur libere,

magisque adeo ei consiliarius hic amicust quam  
auxiliarius.

dum fuit, dedit; nunc nihil habet: quod habebat nos  
habemus,

iste id habet quod nos habuimus. humanum facinus  
factumst.

actutum fortunae solent mutari, varia vitast:

nos divitem istum meminimus atque iste pauperes  
nos:

220

verterunt sese memoriae; stultus sit qui id miretur.

si eget, necessest nos pati: amavit, aequom ei  
factum est.

piaculumst miserere nos hominum rei male geren-  
tum.<sup>1</sup>

meretricem sentis similem esse condecet,

quemquem hominem attigerit, profecto ei aut malum  
aut damnum dare.

numquam amatoris meretricem oportet causam  
noscere,



**THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS**  
Purchase full membership to immediately unlock this page

# Get Smart

Over 2,000 years of  
human knowledge in  
797,885 volumes

Instant access  
\$8.99/month

**Continue**

\*Fair usage policy applies



## TITUS MACCIUS PLAUTUS

quin, ubi nil det, pro infrequente eum mittat militia  
domum.

230

nec umquam erit probus quisquam amator nisi qui  
rei inimicust suae.

nugae sunt nisi, modo quom dederit, dare iam  
lubeat denuo;

is amatur hic apud nos, qui quod dedit id oblitust  
datum.

dum habeat, dum amet; ubi nil habeat, alium  
quaestum coepiat.

aequo animo, ipse si nihil habeat, aliis qui habent,  
det locum.<sup>1</sup>

at nos male agere praedicant viri solere secum,  
nosque esse avaras. qui sumus? quid male nos  
agimus tandem?

nam ecastor numquam satis dedit suae quisquam  
amicae amator,

neque pol nos satis accepimus neque umquam ulla  
satis poposcit.

240

nam quando sterilis est amator ab datis,  
si negat se habere quod det, soli credimus,  
nec satis accipimus, satis cum quod det non  
habet:

semper datores novos oportet quaerere,  
qui de thensauris integris demus danunt.  
velut hic agrestis est adulescens, qui hic habet,  
nimis pol mortalis lepidus nimisque probus  
dator.<sup>2</sup>

sed est huic unus servos violentissimus,  
qui ubi quamque nostrarum videt prope hasce  
aedis adgrediri,

250

<sup>1</sup> Leo brackets following v., 236 :  
*probust amator, qui relictis rebus rem perdit suam.*



## TRUCULENTUS

cashiered for desertion. You won't ever find a high class lover that doesn't hate his bank account. He's no use, unless he enjoys following up new gifts with newer ones. The man who's loved at our house is the one who forgets the gift that's given. He can love while he can pay; when he can't, let him try another occupation. If he can't pay, himself, he should give place to those that can, and do it gracefully<sup>1</sup> Yet it's always our dreadful conduct, our greed, the men keep harping on. How ours? What dreadful conduct, pray? Why, good heavens, there was never a lover lived that provided his girl security enough, and God knows we haven't had security enough, and no girl ever asked enough. Why, when a lover's gifts run dry and he says he has nothing to give us, we accept his word alone and go without security when he has none to offer. Yes, we must always be on the look-out for new givers, that make their gifts from treasures still untouched. Just like this country lad that lives here. (*indicating the house of Strabax*) Ah, what a delightful soul he is, what a high class giver!<sup>2</sup> But he has a slave that's a perfect brute. The minute he spies any of us coming near this house, he scares us

<sup>1</sup> V. 236 : A high class lover's one that drops all else and then drops all his money.

<sup>2</sup> Vv 248-249: But only last night, without his father knowing it, he jumped over the garden wall there and joined us. He's the man I want a word with.

---

<sup>3</sup> Leo brackets following vv., 248-249 :  
*sed is clam patrem etiam hac nocte illac  
per hortum transiluit ad nos. eum volo convenire.*



## TITUS MACCIUS PLAUTUS

item ut de frumento anseres, clamore absterret  
abigit;

ita est agrestis. sed fores, quidquid est futurum,  
feriam.

ecquis huic tutelam ianuae gerit? ecquis intus exit?

II. 2.

*Truc.* Quis illic est qui tam proterve nostras aedis arietat?

*Ast.* Ego sum, respice ad me.

*Truc.* Quid ego? nonne ego videor tibi?  
quid tibi ad hasce accessio aedis est prope aut  
pultatio?

*Ast.* Salve.

*Truc.* Sat mihi est tuae salutis. nil moror. non  
salveo?

aegrotare malim quam esse tua salute sanior.  
sed volo scire, quid debetur hic tibi nostrae domi?

*Ast.* Comprime sis eiram.

*Truc.* Eam quidem berele tu, quae solita es, comprime,  
impudens, quae per ridiculum rustico suades  
stuprum.

*Ast.* Eiram dixi: ut decepisti! dempsisti unam litteram.  
nimis quidem hic truculentust.

*Truc.* Pergin male loqui, mulier, mihi?

*Ast.* Quid tibi ego male dico?

*Truc.* Quia enim me truncum lentum nominas.  
nunc adeo, nisi abis actutum aut dicis quid quaeras  
cito,  
iam hercle ego hic te, mulier, quasi sus catulos  
pedibus proteram.

---

<sup>1</sup> *Truncum lentum* = a poor dull log.



**THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS**  
Purchase full membership to immediately unlock this page

**FORGOTTEN BOOKS**

# **FULL MEMBERSHIP**

**797,885 Books!**  
**All you can read**  
**for only**  
**\$8.99/month**

**Continue**

\*Fair usage policy applies





## TITUS MACCIUS PLAUTUS

*Ast.* Rus merum hoc quidemst.

*Truc.* Pudendumst vero clurinum pecus.

advenisti huc te ostentatum, cum exornatis ossibus, 270

quia tibi suaso infecisti propudiosa pallulam? <sup>1</sup>

*Ast.* Nunc places, cum mi inclementer dicis.

*Truc.* Quid hoc quod te rogo?

mancupion qui accipias, gestas tecum ahenos anulos?

pignus da ni lignae haec sunt quas habes Victorias.

*Ast.* Ne attigas me.

*Truc.* Egon te tangam? ita me amabit sarculum,

ut ego me ruri amplexari mavelim patulam bovem

cumque ea noctem in stramentis pernōctare

perpetem,

quam tuas centum cenatas noctes mihi dono dari.

rus tu mi opprobras? ut nanta es hominem quem

pudeat probri!

280

sed quid apud nostras negoti, mulier, est aedis tibi?

quid tu huc occursas, in urbem quotienscumque

advenimus?

*Ast.* Mulieres volo convenire vostras.

*Truc.* Quas tu mulieres

mihi narras, ubi musca nulla feminast in aedibus?

*Ast.* Nullan istic mulier habitat?

*Truc.* Rus, inquam, abierunt. abi.

*Ast.* Quid clamas, insane?

*Truc.* Abire hinc ni properas grandi gradu,

<sup>1</sup> Leo brackets following v., 272 :  
*an eo bella es, quia accepisti armillas aeneas?*



## TRUCULENTUS

- Ast.* (in a low tone) If this isn't plain farmyard!
- Truc.* (overhearing) What's really to be abashed of is monkey stock. (surveying her with attempted disdain) Come here to show off, did you, with those bedizened bones, all because you've dipped that mantlet of yours in smoke-dye, strumpet?<sup>1</sup>
- Ast.* (softly) Now I like you, you're so nice and gruff to me.
- Truc.* (weakening, almost imperceptibly) What d'ye say to my question? (grabbing at her hand) Carry those brass rings about to claim property with, do you? (eyeing her earrings) Bet you those are wooden Victories you're wearing. (fingers them)
- Ast.* (coyly) Don't you touch me, sir.
- Truc.* (recovering) I touch you? So help me holy grub-hoe, I'd rather take me a broad-horned ox on the farm to cuddle, and stay beside it on the straw the whole night through, than get the gift of you for a hundred nights, freedinnered. Shaming me with the farm, eh? Huh! Haven't you hit on a man that's ashamed of such a scandal! But what's your call to come to our house, woman? What d'ye mean, running over here every time we come to town?
- Ast.* I want to see your women folks.
- Truc.* What's this talk of women folks, when there isn't a fly—female—at our house?
- Ast.* No woman's living there?
- Truc.* Gone off to the farm, I tell you. (almost ogling her, then bawling) Off with you!
- Ast.* Why yell so, you wild man?
- Truc.* You stir your stumps and hustle off, or by the

<sup>1</sup> v. 272: Pretty, ain't you, just because you got some brass bracelets?



## TITUS MACCIUS PLAUTUS

iam hercle ego istos fictos compositos crispas  
cincinnos tuos  
unguentatos usque ex cerebro exvellam.

*Ast.* Quanam gratia?

*Truc.* Quia ad foris nostras unguentis uncta es ausa  
accedere

quiaque istas huecas tam belle purpurissatas habes. 290

*Ast.* Erubui mecastor misera propter clamorem tuom.

*Truc.* Itane? erubuisti? quasi vero corpori reliqueris  
tuo potestatem coloris ulli capiendi, mala.  
buccas rubrica, creta omne corpus intinxti tibi.  
pessumae estis.

*Ast.* Quid est quod vobis pessumae haec male fecerint?

*Truc.* Scio ego plus quam tu arbitrare scire me.

*Ast.* Quid id obsecrost  
quod scias?

*Truc.* Erilis noster filius apud vos Strabax,  
ut pereat, ut eum inliciat in malam fraudem et  
probrum.

*Ast.* Sanus si videare, dicam: dicis contumeliam.  
nemo homo hic solet perire apud nos: res perdunt  
suas;  
ubi res perdidere, abire hinc, si volunt, salvis  
licet.

ego istunc non novi adulescentem vostrum.

*Truc.* Veron serio?  
quid maceria illa ait, in horto quae est, quae in  
noctes singulas  
latere fit minor, qua istoc ad vos damni permensust  
viam?

*Ast.* Nil mirum—vetus est maceria—lateres si veteres  
ruont.

*Truc.* Ain tu vero veteres lateres ruere? numquam edepol  
mihi



**THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS**  
Purchase full membership to immediately unlock this page

# Get Smart

Over 2,000 years of  
human knowledge in  
797,885 volumes

Instant access  
\$8.99/month

**Continue**

\*Fair usage policy applies



## TITUS MACCIUS PLAUTUS

quisquam homo mortalis posthac duarum rerum  
creduit,

ni ego vostra ero maiori facta denarravero.

*Ast.* Estne item violentus ut tu?

*Truc.* Non enim ille meretriculis  
munerandis rem coegit, verum parsimonia  
duritiaque: quae nunc ad vos clam exportantur,  
pessumae;

310

ea vos estis exunguimini ebibitis. egone haec  
mussitem?

iam quidem berele ibo ad forum atque haec facta  
narrabo seni,

neque istuc in-segesti tergo coget examen mali.

*Ast.* Si ecastor hic homo sinapi victitet, non censeam  
tam esse tristem posse. at pol ero benevolens visust  
suo.

verum ego illum, quamquam violentust, spero  
inmutari pote

blandimentis, oramentis, ceteris meretriciis;

vidi equom ex indomito domitum fieri atque alias  
beluas.

nunc ad eram revidebo. sed eccum odium progre-  
ditur meum.

320

tristis exit. haud convenit etiam hic dum Phrone-  
sium.

### II. 3.

*Din.* Piscis ego credo, qui usque dum vivont lavant,  
minus diu lavare quam haec lavat Phronesium.  
si proinde amentur, mulieres diu quam lavant,  
omnes amantes balneatores sient.



## TRUCULENTUS

off? By Jupiter, may no living soul ever again believe me in the two<sup>1</sup> big things, if I don't set old master right about your goings on.

*Ast.* (*sweetly*) Is he the same ferocious sort you are?

*Truc.* Master? Huh! It wasn't by treating little trollops he laid up his money; it came of thrift and hard living—and now it's being smuggled off to your place, you awful creatures. That's what you gorge on and grease yourselves and guzzle on. And me keep it mum? Dashed if I don't off to the forum this minute, and let the old man hear these doings—I won't have my hide sprouting a mess of trouble I didn't go a-sowing.

[EXIT.]

*Ast.* Mercy me, I wouldn't think the man could be so snappish, if he lived on mustard. He certainly seemed a good friend to his master, though. (*after reflection*) Oh well, ferocious or not, I have my hopes that our alluring ways and wheedlements and the rest of our little arts can make a changed man of him. I've seen untamed horses tamed, yes, and other beasts. (*turning toward her house*) Now to see mistress again. (*the door opens*) Ah, but there's my pest appearing. He comes out glum. No meeting with Phronesium even yet.

Scene 3. ENTER *Diniarchus*, NERVOUS AND IRRITABLE.

*Din.* Even fish, that spend their whole lives bathing, don't bathe as long, I do believe, as this Phronesium here. If women would let you love 'em the length of time their baths last, lovers would all turn bathmen.

<sup>1</sup> Possibly things divine and human; possibly a corruption of *divinarum*



TITUS MACCIUS PLAUTUS

*Ast.* Non quis parumper durare opperirier?  
*Din.* Quin hercle lassus iam sum durando miser:  
 mihi quoque prae lassitudine opus est ut lavem.  
 sed obsecro hercle, Astaphium, i intro ac  
 nuntia  
 me adesse, ut properet suade, iam ut satis  
 laverit.

330

*Ast.* Licet.  
*Din.* Audin etiam?

Quid vis?

*Ast.* Di me perduint,  
*Din.* qui te revocavi. non tibi dicebam "i" modo?  
*Ast.* Quidnam revocabas? improbu's nihilique  
 homo:

*Din.* tute tibi mille passum peperisti moram.  
 Sed quid haec hic autem tam diu ante aedis  
 stetit?

nescio quem praestolata est; credo, militem.  
 illum student iam; quasi volturii triduo  
 prius praedivinant, quo die esuri sient:  
 illum inhiant omnes, illi est animus omnibus;  
 me nemo magis respiciet, ubi is <sup>1</sup> huc venerit,  
 quasi abbinc ducentos annos fuerim mortuos.  
 ut rem servare suave est! vae misero mihi,  
 post factum flector, qui antepartum perdidit.  
 verum nunc si qua mi obtigerit hereditas  
 magna atque luculenta, nunc postquam scio  
 dulce atque amarum quid sit ex pecunia,  
 ita ego illam edepol servem itaque parce viet-  
 tem,  
 ut—nulla faxim cis dies paucos siet;  
 ego istos, qui nunc me culpant, confutaverim.

340

<sup>1</sup> Leo brackets following *est*.



**THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS**  
Purchase full membership to immediately unlock this page

**FORGOTTEN BOOKS**

# **FULL MEMBERSHIP**

**797,885 Books!**  
**All you can read**  
**for only**  
**\$8.99/month**

**Continue**

\*Fair usage policy applies





TITUS MACCIUS PLAUTUS

sed aestuosas sentio aperiri fores,  
 quae obsorbent quidquid venit intra pessulos.

350

II. 4.

*Phron.* Num tibi nam, amabo, ianua est mordax mea,  
 quo intro ire metuas, mea voluptas?

*Din.* Ver vide,  
 ut tota floret, ut olet, ut nitide nitet.

*Phron.* Quid tam inficetu's, Lemno adveniens qui tuae  
 non des amicae, Diniarche, savium?

*Din.* Vah, vapulo hercle ego nunc, atque adeo male.

*Phron.* Quo te avortisti?

*Din.* Salva sis, Phronesium.

*Phron.* Salve. hicine hodie cenas, salvos cum advenis?

*Din.* Promisi.

*Phron.* Vbi cenabis?

*Din.* Vbi tu iusseris.

360

*Phron.* Hic me lubente facies.

*Din.* Edepol me magis.

nempe tu eris hodie mecum, mea Phronesium?

*Phron.* Velim, si fieri possit.

*Din.* Cedo soleas mihi,  
 properate, auferte mensam.

*Phron.* Amabo, sanun es?

*Din.* Non edepol bibere possum iam, ita animo malest.

*Phron.* Mane, aliquid fiet, ne abi.



## TRUCULENTUS

But there! There goes that seething door that gulps down anything that comes within its bolts!  
(retires a bit)

Scene 4.            ENTER *Phronesium*, ATTENDED BY MAIDS.

*Diniarchus* GLANCES AT HER, THEN LOOKS ELSEWHERE.

*Phron.* (seeing him, tenderly) Why, bless your heart, you don't think my door will bite you, darling, that you're afraid to enter?

*Din.* (aside, unwillingly rapturous) Behold her! Sweet spring, all flowering and fragrant, agleam and aglow!

*Phron.* Well, *Diniarchus*, why are you so unmannerly as to arrive from *Lemnos* and not give your sweetheart a loving kiss?

*Din.* (risking another quick glance) Oh, Lord help me! I'm in for a beating now, and a bad one, too!

*Phron.* Turned away? Where to?

*Din.* (stiffly) Good morning to you, *Phronesium*.

*Phron.* And to you. Won't you dine with us to-day, now that you're safely back?

*Din.* (struggling) I'm engaged.

*Phron.* (pathetically) Where are you dining?

*Din.* (succumbing) Wherever you say!

*Phron.* Here, if you want to please me.

*Din.* And please me more! You mean you'll stay with me to-day, *Phronesium* dear?

*Phron.* I'd like to, if I only could.

*Din.* (as if to dining room attendants, wildly) Here with my sandals! Quick! Remove the table!

*Phron.* (alarmed) My dear man! Are you sane?

*Din.* (staggering away) Drink I cannot now, God help me, I feel so faint!

*Phron.* Wait! We'll find some way! Don't go!



## TITUS MACCIUS PLAUTUS

*Din.* . . . Ah, aspersisti aquam.  
iam rediit animus. deme soleas, cedo bibam.

*Phron.* Idem es mecastor qui soles. sed dic mihi,  
benene ambulatumst?

*Din.* Huc quidem hercle ad te bene.  
quia tui videndi copia est.

*Phron.* Complectere. 370

*Din.* Lubens. heia, hoc est melle dulci dulcius.  
hoc tuis fortunis, Iuppiter, praestant meae.

*Phron.* Dan savium?

*Din.* Immo vel decem.

*Phron.* Em istoc pauper es:  
semper plus pollicere quam ego abs te postulo.

*Din.* Vtinam a principio rei item parsisses meae  
ut nunc reparcis saviis.

*Phron.* Si quid tibi  
compendi facere possim, factum edepol velim.

*Din.* Iam lauta es?

*Phron.* Iam pol mihi quidem atque oculis meis.  
num tibi sordere videor?

*Din.* Non pol mihi quidem ;  
verum tempestas, memini, quondam etiam fuit, 380  
cum inter nos sordebamus alter de altero.  
sed quid ego facinus audivi adveniens tuom,  
quod tu hic me absente novi negoti gesseris?

*Phron.* Quid id est?

*Din.* Primumdum, cum tu es aucta liberis  
cumque bene provenisti salva, gaudeo.



**THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS**  
Purchase full membership to immediately unlock this page

# Get Smart

Over 2,000 years of  
human knowledge in  
797,885 volumes

Instant access  
\$8.99/month

**Continue**

\*Fair usage policy applies





## TITUS MACCIUS PLAUTUS

*Phron.* Concedite hinc vos intro atque operite ostium.  
tu nunc superstes solus sermoni meo es.  
tibi mea consilia summa semper credidi.  
equidem neque peperit puerum neque praegnas fui;  
verum adsimulavi me esse praegnatam: haud nego. 390

*Din.* Quem propter, o mea vita?

*Phron.* Propter militem  
Babyloniensem, qui quasi uxorem sibi  
me habebat anno, dum hic fuit.

*Din.* Ego senseram.  
sed quid istuc? cui rei te adsimulare retulit?

*Phron.* Vt esset aliquis laqueus et redimiculum,  
reversionem ut ad me faceret denuo.  
nunc huc remisit nuper ad me epistulam,  
sese experturum quanti sese penderem:  
si quod peperissem id non necarem ac tollerem.  
bona sua med habiturum omnia.<sup>1</sup>

*Din.* Ausculto lubens. 400.  
quid denique agitis?

*Phron.* Mater ancillas iubet,  
quoniam iam decimus mensis adventat prope,  
aliam aliorsum ire, praemandare et quaerere  
puerum aut puellam, qui supponatur mihi.  
quid multa verba faciam? tonstricem Suram  
novisti nostram, quae mercedem sese habet?<sup>2</sup>

*Din.* Novi.

*Phron.* Haec ut opera circumit, per familias,  
puerum vestigat; clanculum ad me detulit,  
datum sibi esse dixit.

*Din.* O mercis malae.  
eum nunc non illa peperit, quae peperit prior,  
sed tu posterior. 410

<sup>1</sup> Leo brackets following *esse*.

<sup>2</sup> Corrupt (Leo): *mercede sese alit* Bugge.



## TRUCULENTUS

*Phron.* (to her maids) Step inside, girls, and shut the door.  
(to Diniarchus, after they have gone) Now we're all alone; no one's about but you to hear me. (*fondly*) And you're the man I've always trusted my most important plans to. (*coming closer*) The fact is, I've neither born a baby nor been with child; but I pretended to be. I don't deny that.

*Din.* Oh, my precious one! Because of whom?

*Phron.* That Babylonian soldier, who kept me like a wife the year he was here.

*Din.* I had guessed as much. But why did you do it? What return could such pretending reap you?

*Phron.* I wanted some noose to retrieve him with, some little love-knot to renew his interest. And now he just recently sent me back a letter saying he intends to test how much I think of him: if I let this child of ours live and brought it up, I was to have everything he owns.

*Din.* This is thrilling. And what is your plan?

*Phron.* Mother told the maids, now the tenth month's almost on us, to go looking here and there and bespeak some baby, boy or girl, that I could palm off as mine. But to cut it short—you know our hairdresser Syra that keeps herself by working for hire?

*Din.* I know her.

*Phron.* Well, with her jobs taking her among different families, a baby boy's tracked down; she brought him to me on the sly, saying he'd been given her.

*Din.* Ah, some wicked work! It seems this boy wasn't born of the mother that bore him first, but of you in a second birth.







**THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS**  
Purchase full membership to immediately unlock this page

**FORGOTTEN BOOKS**

**FULL**

**MEMBERSHIP**

**797,885 Books!**

**All you can read**

**for only**

**\$8.99/month**

**Continue**

\*Fair usage policy applies





## TITUS MACCIUS PLAUTUS

*Phron.* Vt quando otium  
tibi sit ad me revisas, et valeas.

*Din.* Vale.  
pro di immortales, non amautis mulieris,  
sed sociae unanimantis, fidentis fuit  
officium facere quod modo haec fecit mihi,  
suppositionem pueri quae mihi credidit,  
germanae quod sorori non credit soror.  
ostendit sese iam mihi medullitus:

scio mi infidelem numquam, dum vivat, fore. 440  
egone illam ut non amem? egone illi ut non bene  
velim?

me potius non amabo quam huic desit amor.  
ego isti non munus mittam? iam<sup>1</sup> modo ex hoc  
loco

iubebo ad istam quinque deferri minas,  
praeterea obsonari una dumtaxat mina.  
multo illi potius bene erit quae bene volt  
mihi,  
quam mihi, qui mihimet omnia facio mala.

### II. 5.

*Phron.* Puero isti date mammam. ut miserae 450  
matres sollicitaeque ex animo sumus cruciamurque!  
edepol commentum male, cumque eam rem in corde  
agito.  
nimio—minus perhibemur malae quam sumus  
ingenio.  
ego prima de me, domo docta, dico.  
quanta est cura in animo, quantum corde capio  
dolorem—dolus ne occidat morte pueri:

<sup>1</sup> *Corrupt (Leo): iam ego Leo.*



## TRUCULENTUS

*Phron.* (*with a final caress*) Only to come over and see me when you find time, and take care of yourself.

[EXIT INTO HER HOUSE.]

*Din.* And you! (*in transports*) Ye immortal gods! She's more than my loving girl, she's my mutual-hearted, trustful little pal to treat me as she treated me just now and confide the substitution of that child to me, a thing no sister would confide to her own sister. Now she has opened up her very inmost thoughts to me. She'll never in all her life be faithless with me, I know that. Ah, and I, shouldn't I love her? Shouldn't I wish her everything that's good? I'll cease to love myself rather than fail in love for her. I not send her some present? I'll go this very instant and have twenty-five pounds brought over to her, yes, and at least another fiver's worth of edibles. I'd rather make things nice for a girl so nice to me, lots more than for myself that do myself nothing but damage.

[EXIT.]

Scene 5. ENTER *Phronesium*, IN NEGLIGÉE, ATTENDED BY MAIDS WHO PLACE A COUCH IN THE DOORWAY AND SPREAD IT.

*Phron.* (*to those within*) Girls, nurse that baby. (*with mock plaintiveness*) Ah, the strain that's put on us poor mothers, the torments we endure! (*as if repentant*) Dear, dear! This is a wicked trick, and when I stop to think it over, there's very much—(*merrily*) less wickedness scored up against us girls than we have in us. I speak for myself first and I'm a natural adept, I am. (*tristful again*) What anxiety of mind, what agony of heart I feel, for fear my little man may die and—kill off my little manoeuvre!



## TITUS MACCIUS PLAUTUS

mater dicta quod sum, eo magis studeo vitae;  
quae ausa hunc sum, tantundem dolum nunc  
adgrediar.

lucris causa avara probrum sum exsecuta,  
alienos dolores mihi suppositi;  
sed nullam rem oportet dolose adgrediri,  
nisi astu totam accurateque exsequare.  
vosmet iam videtis, ut ornata incedo:

460

puerperio ego nunc me esse aegram adsimulo.  
male quod mulier facere incepit, nisi id efficere  
perpetrat,  
id illi morbo, id illi seniost, ea illi miserae miseriast;  
bene si facere incepit, eius rei nimis cito odium  
percipit.

nimis quam paucae sunt defessae, male quae facere  
occeperunt,  
nimisque paucae efficiunt, si quid facere occeperunt  
bene:

mulieri nimio male facere levius onus est quam  
bene.

470

ego quod mala sum, matris opera mala sum et meapte  
malitia,

quae me gravidam esse adsimulavi militi Babylonio:  
eam nunc malitiam accuratam miles inveniat volo.

is hic haud multo post, credo, aderit; nunc prius  
praecaveo sciens

sumque ornata ita ut aegra videar, quasi puerperio  
cubem.

date mi huc stactam atque ignem in aram, ut  
venerem Lucinam meam.

hic apponite atque abite ab oculis. eho, Pithecium,  
face ut accumbam, accede, adiuta. em sic decet  
puerperam.



**THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS**  
Purchase full membership to immediately unlock this page

# Get Smart

Over 2,000 years of  
human knowledge in  
797,885 volumes

Instant access  
\$8.99/month

**Continue**

\*Fair usage policy applies



## TITUS MACCIUS PLAUTUS

soleas mihi deduce, pallium inice in me huc,  
Archilis.

ubi es, Astaphium? fer huc verbenam mi intus et  
bellaria.

480

date aquam manibus. nunc ecastor adveniat miles  
velim.

### II. 6.

*Strat.* Ne expectetis, spectatores, meas pugnas dum  
praedicem:

manibus duella praedicare soleo, haud in sermonibus.  
scio ego multos memoravisse milites mendacium:  
et Homeronida et postilla mille memorari pote,  
qui et convicti et condemnati falsis de pugnis sient.  
non laudandus cui plus credit qui audit quam ille  
qui videt:<sup>1</sup>

pluris est oculatus testis unus quam auriti decem;  
qui audiunt audita dicunt, qui vident plane sciunt. 490  
non placet quem scurrae laudant, manipularis  
mussitant,

neque illi quorum lingua gladiatorum aciem prae-  
stringit domi.

strenui nimio plus prosunt populo quam arguti et  
cati:

facile sibi facunditatem virtus argutam invenit,  
sine virtute argutum civem mihi habeam pro prae-  
fica,

quae alios conlaudat, eapse sese vero non potest.

<sup>1</sup> Leo brackets following v., 488:  
*non placet quem illi plus laudant qui audiunt, quam qui vident.*



## TRUCULENTUS

*placed*) There! That's the way to treat a new mother. And Archilis! Take off my sandals and throw a coverlet over me, here! Astaphium! Where are you? Bring me out some verbena and goodies for my sickroom. Give me some water for my hands. (*everything arranged, the maids, except Astaphium, go inside*) Ah-h! Now let my soldier boy appear!

Scene 6.        ENTER *Stratophanes*, STRUTTING MIGHTILY,  
FOLLOWED BY AN ORDERLY WITH TWO SLAVE GIRLS.

*Strat.* (*halting the parade; loftily*) Spectators, expect ye not from me announcement of my deeds of arms: 'tis with my hands, not with my tongue, that I am wont to announce my martial exploits. I know that many military men have been mendacious: one could mention Homeronides<sup>1</sup> and a thousand more who have been convicted and condemned for battles falsely fought. No praise belongs to him whose feats convince the hearer more than the observer.<sup>2</sup> One sharp-eyed witness outranks ten keen-eared. Hearers tell of what they hear, observers really know. I like not your warrior that gets applause from city fops and mutterings from his men, nor those whose tongues make blunt the edge of swords at home. Ah, 'tis men of action that avail a race far more than fluent, clever chaps. Valour easily finds its eloquence, its fluency. But lacking valour, your fluent citizen, methinks, is naught but female hired to mourn, loud in praise of others and fitly dumb about herself. (*giving his cloak a rakish hitch*) Ah

<sup>1</sup> *Homeronida* a fictitious name.

<sup>2</sup> v. 488: I like not him who wins more praise from hearers than observers.



## TITUS MACCIUS PLAUTUS

nunc ad amicam decimo mense post Athenas  
Atticas

viso, quam gravidam hic reliqui meo compressu,  
quid ea agat.

*Phron.* Vide quis loquitur tam propinque.

*Ast.* Miles, mea Phronesium,  
tibi adest Stratophanes. nunc tibi opust, aegram  
ut te adsimules.

*Phron.* Tace.

500

cui adhuc ego tam mala eram monetrix, me maleficio  
vinceres?

*Strat.* Peperit, mulier, ut ego opinor.

*Ast.* Vin adeam ad hominem?

*Phron.* Volo.

*Strat.* Euge, Astaphium eccam it mi advorsum.

*Ast.* Salve ecastor, Stratophanes.

<sup>1</sup> salvom te—

*Strat.* Scio. sed peperitne, opsecro, Phronesium?

*Ast.* Peperit puerum nimium lepidum.

*Strat.* Ehem, ecquid mei similest?

*Ast.* Rogas?

quin ubi natust machaeram et clupeum poscebat  
sibi?

*Strat.* Meus est, scio iam de argumentis.

*Ast.* Nimium tui similest.

*Strat.* Papac,  
iam magnust? iamne ut ad legionem? ecquae spolia  
rettulit?

*Ast.* Heia, nudius quintus natus ille quidem est.

*Strat.* Quid postea?  
inter tot dies quidem hercle iam aliquid actum  
oportuit.

510

<sup>1</sup> Leo brackets preceding *venire*.



**THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS**  
Purchase full membership to immediately unlock this page

**FORGOTTEN BOOKS**

**FULL**

**MEMBERSHIP**

**797,885 Books!**

**All you can read**

**for only**

**\$8.99/month**

**Continue**

\*Fair usage policy applies





## TITUS MACCIUS PLAUTUS

quid illi ex utero exitiost prius quam poterat ire in  
proelium?

*Ast.* Consequere atque illam saluta et gratulare illi.

*Strat.* Sequor.

*Phron.* Vbi illa; obsecro, est quae me hic reliquit, eapse  
abiit? ubist?

*Ast.* Adsum, adduco tibi exoptatum Stratophanem.

*Phron.* Vbi is est, obsecro?

*Strat.* Mars peregre adveniens salutatur Nerienem uxorem  
suam.

quom tu recte provenisti quomque es aueta liberis,  
gratulor, quom mihi tibi que magnum peperisti  
decus.

*Phron.* Salve, qui me interfecisti paene vita et lumine  
quique mihi magni doloris per voluptatem tuam  
condidisti in corpus, quo nunc etiam morbo misera  
sum.

*Strat.* Heia, haud ab re, mea voluptas, tibi istic obvenit  
labos:

filium peperisti, qui aedis spoliis opplebit tuas.

*Phron.* Multo ecastor magis oppletis tritici opust granariis;  
ne, ille prius quam spolia capiat, hic nos extinxit  
fames.

*Strat.* Habe bonum animum.

*Phron.* Savium pete hinc sis. ah, nequeo caput  
tollere, ita dolet itaque aegre moveo<sup>1</sup> neque etiam  
queo  
pedibus mea sponte ambulare.

*Strat.* Si hercle me ex medio mari

<sup>1</sup> *aegre moveo* Seyffert: *ego medulo corrupt* (Leo).



## TRUCULENTUS

What business had he faring from the womb ere he could take the field?

